

~~XXXXXXXXXXXX~~
TUDOMÁNYEGYETEM
BŐRKLINIKÁJÁNAK
POÓR IMRE
KÖNYVTÁRA
SZEGERD

~~XVII. - 28.~~

IV. B.

1. Weisz / Joannis / Leutschovia Hungarica
Medicine Doctoris, Phys. Inlyt. Com. Regni.

Pyretologia practica Tentamen
in 8^o maj. Vienne 1783.

2. ——— Continuatio prima Tentaminis

Pyretologiae practicae sistens
Febres cardinales primas,
inflammatorias, Vienne 1783.

in cruda ——— 54x

pro compactura ——— 70

Summa f. 1. 4x

SZEGEDI TUDOMÁNYEGYETEM	
Bőr- és Nemibetegklinikai	
POOR IMRE KÖNYVTÁRA	
Lelt. napló:	VII/a Lsz. 360
IV/3	cs. j. v. l. sz.

Andree Ioan. Nepom. Crapovscky,
Philosophie et Medicine Doctor,
Inclut. Ceteris Nita. olim Phys. ordin.
Illm. Comiti, Aloys. a Batthyany Aula. Medic.
Ces. R. M. C. Phys. Vindobon. 1793.

JOANNIS WEISZ,


LEUTICHOVIA - HUNGARI, MRD. DR. PHYS. INCELYT. COMIT.

ZEMPLINIENSIS

PYRETOLOGIÆ

PRACTICÆ


TENTAMEN.



EDITIO SECUNDA.


VIENNÆ,
apud Rudolphum Græffer, 1783.

Prof. Dr. ROOS
ajandeka



UNIVERSITY OF

PRÆFATIO.




Tentamen solum, non opus perfectum, tempore perficiendum, Lectoribus eruditis hic fisto. Impulit me diversitas Pyretologorum, ne dicam quorumdam confusio, enumerandi, classificandi febres, & inde nata mendendi difficultas. An unquam febris a symptomate denominata, an nomen quoddam generale, Medicum unquam in sananda febre dirigere valebit? Et tales tamen sunt plurimum febrium divisiones. Acuta febris vox est vulgatissima: an semper eadem, an eandem medelam admittit, an certam aut firmam Medico dat indicationem? Putridam febrim jam vel

PROF. DR. JUSUF KADAR
KARANGDUTA



UNIVERSITY OF KARANGDUTA
KARANGDUTA



PRÆFATIO.



Tentamen solum, non opus perfectum, tempore perficiendum, Lectoribus eruditis hic sisto. Impulit me diversitas Pyretologorum, ne dicam quorumdam confusio, enumerandi, classificandi febres, & inde nata mendendi difficultas. An unquam febris a symptomate denominata, an nomen quoddam generale, Medicum unquam in sananda febre dirigere valebit? Et tales tamen sunt plurimum febrium divisiones. Acuta febris vox est vulgatissima: an semper eadem, an eandem medelam admittit, an certam aut firmam Medico dat indicationem? Putridam febrim jam vel

Tyro Medicinæ audit : an non sæpe
diversissima, aut diversissime modifi-
cata, diversissimam medelam requi-
rit ? Nosocomia morbis febrilibus
consecrata, observationes adcuratæ,
lectitatio dein, comparatioque opti-
morum Pyretologorum hæc docere
videntur, quæ enarrare tentavi. Mi-
tiores Vestram censuram peto ; &
adfero, me ad meliora a Vobis edo-
cenda promptissimum esse.





DE

FEBRIBUS IN GENERE.

Definitio ; logica vix ulla datur ; quum nullum prorsus symptoma sit, perpetuo, ubique, febribus essentialia, & verum signum pathognomicum suppeditans.

Nec calor *præternaturalis* tale præbet ; quia etiam ab ira, cursu nascitur, & quia quædam intermittentes absque calore sunt :

nec *præternaturale frigus* , quia hoc non in omnibus adest ;



nec *pulsuum variationes præternaturales*, quia jam HIPPOCRATES febres descripsit lethales, pulsu ad speciem bono:

nec *functionem læsiones*; quia hæ & in chronicis, non febrilibus, adsunt:

nec SYDENHAMI, CELSI, STAHLII a *causa finali* repetita definitio, febris intimam naturam ponunt.

Descriptio. Conditio corporis præternaturalis, vicissitudine caloris & frigoris, pulsuum arythmia, & quadam functionum læsione per decursum stipata, *febris* est.

Causæ, innumerae. Omne, cor, arterias validius irritans.

Inmateriales, seu animi adfectus vehementiores.

Materiales; vel *intra corpus* natæ; pituita, bilis, quantitate aut qualitate peccans, putredo, vermes &c. vel *extra corpus* ortæ, aër, quacunq; ratione vitiatus, heterogeneis scatens, motus subito mutatus, auctus; alia pungentia, vulnerantia &c. ostiis corporis quibuscunq;, porisque suscepta &c. omnesque sex res non naturales, usu perverso adhibitæ. Nulla febris oritur absque irritatione, seu stimulo, multum, parum, vix, manifesto.

—◆—

Symptomata innumera sunt. Nullus morbus, qui febris symptoma aliquando non fuisset.

Communiora sunt: *frigus*, initio plerumque præsens; *calor*, quem sensatio *Ægri* ut plurimum docet; *pulsus mutatio*; ferme semper celerioris; dantur tamen febres cum naturali tardiore; *sitis*, quousque mens viget; *lassitudo*, *dedolatio*, adynamix, functiones lælæ &c.

Minus communia: v. c. convulsiones, aliaque. (*)

(*) Non inmorabar in recensendis febrium causis, utpote ubique reperiendis.

Divisio febrium vix ulla completa est. Dividuntur autem

1) a *prædominante Symptomate*, juxta HIPPOCRATEM, GALENUM, in *Ardentem* ab ardore, in *Epialan* a frigore, intercurrente calore, in *Tiphoden* ex stupiditate *Ægri*, in *Asoden* ex inquietudine, in *Lypyrian* ex frigore extremorum cum sensu ardoris, in *Lyrgoiden* ex singultu, in *Marasmoiden* ex tabe sine pure, in *Heloden* ex frigore adsiduo, in *Hidroperiton* ex sudore &c.

Sed hæc diversissimarum febrium comites esse possunt; ergo *naturam febris* non



determinant; & sic in infinitum numerus februum cresceret, quia infinita dantur symptomata.

2) *Juxta periodum, in Continuas, Remittentes, Intermittentes.*

3) *A numero dierum durationis; in chronicas, acutas, acutissimas &c.*

4) *Ab anni tempore, quo videntur; in hyemales, vernaes, aestivales, autumnales.*

5) *A peccante humore; in inflammatorias, pituitosas, biliosas, putridas.*

6) *A copia Adfectuum; in epidemias, sporadicas.*

7) *Ab effectu, e. g. in putridas, malignas.*

8) *A difficultate aut facilitate curandi; in benignas, malignas, curabiles, lethales.*

9) *Ab efflorescentiis conjunctis; in variolosam, morbillosam, erysipelatosam, petechialem, scarlatiniosam, miliarem &c.*

10) *Ab adfectione topica; in phreniticam, apoplecticam, pleuriticam, dysentericam &c.*

11) *A complicatione varia; e. g. in inflammatorio - biliosas, putrido - inflammatorias &c.*

Patet ex hoc februm ingenti numero, diversitate, complicatione, difficultas classificandi, & medendi.

Oportet quasdam frequentiores, purasque, tanquam *cardinales*, seu tales, ad quarum aliquam alia omnis febris reduci queat, tanquam illi cardinali analogæ, proponere. Tales erunt *Inflammatoria*; *Biliofa*; *Pituitosa*; *Variolosa*; *Morbillosa*; *Intermittens*.

(*) *Putrida*, *maligna*, *pestilentialis*, reliquæ *exanthematicæ* ad has cardinales reducentur.

I. INFLAMMATORIA.

Synonymia. HIPPOCRATIS *febris ardens*. GALENI *synochus non putris*. HOFFMANNI *synochus simplex*. BOERHAAVII, SWIETENII *synochus non putris continua*. HUXHAMI, TISSOTI *febris inflammatoria*. ALIORUM *continens in putris*.

(*) *Febris ardens*, HIPPOCRATIS *inflammatoria*, bene distinguenda ab alia EYUSDEM *putrida ardenti* in malignam conversa, quam *Causon* vocavit.

Def.



determinant; & sic in infinitum numerus februm crederet, quia infinita dantur symptomata.

2) *Juxta periodum, in Continuas, Remittentes, Intermittentes.*

3) *A numero dierum durationis; in chronicas, acutas, acutissimas &c.*

4) *Ab anni tempore, quo vigent; in hyemales, vernaes, aestivales, autumnales.*

5) *A peccante humore; in inflammatorias, pituitosas, biliosas, putridas.*

6) *A copia Adsectorum; in epidemicas, sporadicas.*

7) *Ab effectu, e. g. in putridas, malignas.*

8) *A difficultate aut facilitate curandi; in benignas, malignas, curabiles, lethales.*

9) *Ab efflorescentiis conjunctis; in variolosam, morbillosam, erysipelatosam, petechialem, scarlatiniosam, miliarem &c.*

10) *Ab adfectione topica; in phreniticam, apoplecticam, pleuriticam, dysentericam &c.*

11) *A complicatione varia; e. g. in inflammatorio - biliosas, putrido - inflammatorias &c.*

Patet

Patet ex hoc febrium ingenti numero, diversitate, complicatione, difficultas classificandi, & medendi.

Oportet quasdam frequentiores, purasque, tanquam *cardinales*, seu tales, ad quarum aliquam alia omnis febris reduci queat, tanquam illi cardinali analogæ, proponere. Tales erunt *Inflammatoria*; *Biliofa*; *Pituitosa*; *Variolosa*; *Morbillosa*; *Intermittens*.

(*) *Putrida*, *maligna*, *pestilentialis*, reliquæ *ex anthematicæ* ad has cardinales reducuntur.

I. INFLAMMATORIA.

Synonymia. HIPPOCRATIS *febris ardens*. GALENI *synochus non putris*. HOFFMANNI *synochus simplex*. BOERHAAVII, SWIETENII *synochus non putris continua*. HUXHAMI, TISSOTI *febris inflammatoria*. ALIORUM *continens in putris*.

(*) *Febris ardens*, HIPPOCRATIS *inflammatoria*, bene distinguenda ab alia EJUSDEM *putrida ardenti* in *malignam* conversa, quam *Causon* vocavit.

Def.

Definitio, causa proxima, cum certitudine adlignari non possunt, quum *Sydenhamiana, Boerhaaviana, Culleniana, & recentissima Hewsoniana* explicatio adeo differant.

Duo in omni inflammatione adesse statuuntur • *irritatio, crispatio solidorum, sive spasmius: fluidorum condensatio.*

Posterioris nulla adest certitudo, dum experimenta HEWSONI demonstrare videntur, sanguinem phlogisticum naturali esse potius tenuiorem.

Hæc, si nihil aliud demonstrent, hoc tamen docere videntur, nos de intima natura phlogoseos parum scire.

Causæ remotæ. Ætas virilis per eminentiam: non tamen immunis manet infantilis, juvenilis, senilis; status athleticus; rigiditas; labores; motus inmodici; saltus nimii; vigiliæ; pergræcationes, ingluviës, aromatum, spirituosorum abusus; hyems, hac epidemice grassantur; ver, autumnus proventus, siccus, frigidus; æstus; insolatio; acria quæcunque venena; stimuli ignoti, specifici; evacuationes, sanguinæ præprimis, subpressæ, mentis intensiones, mœror &c. (*)

(*) Innumeras alias causas procatarticas & progumenas reperire est in plerisque Pyretologiis.

Signa

Signa diagnostica, seu symptomata communiora. Frigus, sitis, calor, sæpe foli Ægro in maligna inflammatione, sæpe & ægro, & Medico, sensibilis. Pulsus initio ferme semper durus, fortis, plenus; affecto simul viscere, sæpe subpressus, fictitie debilis, inæqualis, intermittens; cephalalgia vehemens; rubor, siccitas oculorum pulverulenta; hallucinatio vespertina, & post somnum; respiratio læsa, tussicula sine aut cum sputis aquosis, ni quid pleuriticæ aut peripneumonici adsit. Alvi obstructio, vel alvus parca, sicca. Urina initio parca, rufa, sine contentis, dein copiosa, aquosa; varietas tamen circa hæc nonnunquam obtinet; cutis sicca, inperspirabilis; excretiones universim omnes siccae, paucæ; somnus parvus, subin & sopor magis, quam somnus, &c.

Crusta phlogistica. Hyemales, verna-les inflammatoriæ plerumque hanc exhibent. Absit tamen sæpe in verissima inflammatione. Subinde initio, subinde vi febris, vigoris morbi, producta adparet. Rarius æstate cernitur; &, si adest, tum non hæc vera pleuritica, alba, tenax, contracta, striata, radiata; sed flavescens, plumbea, livida, non adeo crassa, tenax, gelatinosa, diffusa, quasi



quasi ex sputis Phthoicorum nata, variegata, interrupta. Talis in bilioso - aut putrido-inflammatoriis cernitur. Sæpe loco crustæ, sanguis totus tenax, vix scindendus est, ne hilum feri continens, instar massæ tenacis, compactæ.

Syndrome æquabilis : nisi vesperi pulsus fortior, & quædam alia aucta.

Graviora sunt : Frigus aliquot horarum ad ingressum febris; delirium; vigiliæ, convulsiones : omnia hæc ab adfluxu humorum versus caput, aut nimia irritabilitate infantili & feminarum; nausea; vomitus ab irritatis fibris ventriculi; tuberculo totius alimentaris; debilitas magna, notha tamen, a crispatura fibrarum & adfectione nervorum; subito enim Robustissimos quosque prosternit.

SPECIES.

I. INFLAMMATORIA EPHEMERA.

Rudimentum, potius levissimus gradus

II. CHRONICÆ,

E g. hæmoptœ quædam inflammatoria, peripneumonica, peripneumonix Phthoicorum.

III.

III. DISPOSITIO INFLAMMATORIA, SEU SUBINFLAMMATORIA FEBRIS.

E. g. Menstruantium plethoricarum, vel Plethoricorum aliorum, regnante phlogistica hyemali epidemia; degenerant hæ dispositiones sæpe in exquisitas inflammatorias.

IV. CATARRHI INFLAMMATORII.

Majorem plerumque stragem edunt, quam exquisita febris inflammatoria; quia aut negliguntur, aut calidis, aromaticis, sudoriferis tentantur, & in phthises abeunt.

V. UNIVERSALIS.

Nullam partem specialiter adiciens

VI. LOCALIS,

Seu cum topica adfectione. Capitis inflammatio levis cephalalgiam, gravior phrenitidem, gravissima apoplexiam, inflammatorias producet: huc inflammatio oculorum; aurium, periostei dentium, gingivarum; anginosa; pleuritis; peripneumonia; pleuroperi-

peripneumonia ; pericarditis ; carditis ; gastritis ; enteritis ; hepatitis ; splenitis ; metritis ; nevritis ; peritoneitis ; epiploitis ; cystitis ; rheumatismus inflammatorius , paronychia &c.

VII. NON MALIGNÆ ;

Pleræque inflammatoriæ febres benignæ sunt.

VIII. MALIGNÆ ;

Si causa ignota , stimulus validus , non tollendus , ignotus ; si post multas venæsectiones sanguis semper pleuriticus ; pulsus semper durus sit , si inflammatio viscus totum vitale occupet , si corpora cacochymica invadat.

IX. ÆSTIVALES, SEU SPORADICÆ ;

Brevi cessant ; hinc inde tantum versantur , sinceræ raro sunt ; post tertiam venæsectionem plerumque finiuntur ; aut , ni hoc fiat , non amplius sunt inflammatoriæ , sed in putridas transeunt.

In his vix recidiva observatur, etsi recrudescant: non amplius ut inflammatoriæ, sed ut biliosæ aut putridæ tractandæ.

Hyemales, vernaes epidemicae diutius durant; facilius recidivam patiuntur, in putridas plane non, aut rarissime, mutantur.

X. SINCERA, SEU EXQUISITA, INFLAMMATORIA.

Complicata e. g. cum gonorrhæa primo stadio, cum bubonibus, cum lue ipsa: inde febris inflammatoria Luosorum sæpe observatur; ob validiorem miasmatis venerei stimulum: cum dentitione, inde febris inflammatoria Dentientium; cum hæmorrhoidibus, inde febris inflammatoria hæmorrhoidalis, cum biliosis putridis febribus; si hominem juvenem, robustum invadant, aut calidis tractentur; cum vermibus, si hi intestina rodant; cum contusionibus, vulneribus, fracturis, &c.

Cura generalis. Dieta tenuissima ex carniurn jusculis non meracis, succo citri, aceto conditis. Melior vegetabilis ex acetosa, acetosella, fructibus, oleribus.

Phlebotome initio largior; habito respectu sexus, ætatis, consuetudinis; magno vulnere instituta. Si plures requirantur, potius paucis interpositis horis fiant. Mala esset mædela, venam semper secandi, usque ad mollitiem pulsus, aut absentiam crustæ. In quibusdam ad mortem usque sanguis fuit crusta pleuriticosa tectus, & cadaverum sectiones sanguinem adhuc phlogisticum, ex inflammatione concretum in speciem polyposum demonstrarunt. In Pleuriticis convalescentibus crustam subinde majorem, quam in vigore morbi, observavimus.

Omnis generis *emollientia*, ore, ano applicata; *tepida* identidem omnia; *pèdiluvia*, *semicupia*, non calida, sed tepida. Abdomini, thoraci, *lintea quadruplicata*, lacte aut aqua tepida gravida, *methodo Tissotiana* applicanda.

Interne emulsa, *ptisana*, *decocta emollientia*, *nitrosa*, *refrigerantia*, propria nulla sunt.

Nitrum, dum ore solvitur, tantum refrigerat. Hinc solummodo quæ blandissimum sal convenit, alvum & urinas absque notabili humorum motu expediens, reliqua salia difficiliter feruntur, & nimium movent. V. circa hanc rem adlatam primum ab Cl. EDI-

TORE *Prælect. Patholog. Haenianarum* observationem, *Tom. II. p. 252.*; ubi manifeste demonstratur, virtutem nitri refrigerantem non debite hactenus fuisse expensam. Si & iudicium refrigerii ex lingua sola valeret, mentha piperitis & camphora essent refrigerantia. Nitrum nuper majori dosi, ac consuetum est, laudare cœperunt, sed metus est diarrhææ, tenuiora evacuantis, debilitantis, & motus stimulo salino aucti. Plane non, aut minima dosi, conveniet, ubi ipsi loco inflammato adplicatur *e. g.* in gastritide, enteritide &c.

Acescentia præterea; actu acida; cremor tartari; sal acetosellæ essentialè, liquor terræ foliatæ tartari; phlegma vitrioli dilutum; saponacea vegetabilia omnia; limoniorum, citri, aurantiorum pulpæ, succi; ferum lactis; lac ebutyratum; oxysacchara; oxymellita omnia laudantur. Omnia hæc tepide adsumenda sunt.

(*) Hæc enumerata sub nomine *cure antiphlogisticæ* veniunt.

Cura specialis symptomatum urgentium.

B

Fri-



Frigus validum pro intermittenti febre hic non erit considerandum: nec evacuanti-
bus stimulantibus tentandum.

Nausea, vomitus, inflammatoriarum fe-
brium, ab irritatis fibris ventriculi, non po-
stulat emeticum, hic certo perniciosum. Vo-
mitus spontaneus quandoque juvabit Eos,
quos febris laute passos adgressa fuit, & hic
potu tepido, acescente, mellito, ni nimius
fuerit, promovendus erit.

Lingua albæ sordities in inflammatoriis
sine saburra adest; hinc evacuans non po-
stulat.

Situm maximam acescentia, emollientia,
taleoli fructuum horræorum, aurantiorum
&c. nitrosa, sedabunt.

Debilitas inflammatoria spuria, non sti-
mulantibus, sed adparatu toto antiphlogisti-
co tolletur.

Adfectiones encephali, balnea tepida
pedum, situs corporis erectus, & reliqua an-
tiphlogistica, scarificationes nuchæ, sangui-
sugæ ad tempora, curabunt.

Vesicantium usus hic proferendus est:
febrim accendunt, post opium certissimum sunt
sudoriferum; urinæ & alvi excretiones mi-
nuunt, licet ejus mittendæ stimulos augeant;
nimium adplicata mictum cruentum, ischu-
riam,

riam, alvum cruentam producunt, humores dissolvunt, putredini magis obnoxios faciunt; hinc loca vesicantibus tentata tam facile gangrænescunt; sitim augent; paucissimis casibus exceptis, humores ad caput urgent; hinc facies turgida rubra iis, quibus non indicata applicabantur. Legenda de his *Dissertatio* BAGLIVII observationibus fundata, ac *Cel. FORSTEN, Disquisitione medica, Cantharidum hist. nat. &c. exhibens.* Convenient in inflammatione rheumatica metastatica, acri aquosa, præmissis præmittendis, aliisque in decursu enarrandis casibus; ubi ad hæc, quasi ad sacram anchoram, confugimus.

Vigilie emulsa nitrosa, emollientia, venæsectiones, oxycrata ad tempora poscunt.

Opium, hyosciamus, aliaque narcotica vix convenient; dum vires habeant rarefacientes, calefacientes, sanguinis orgasmum inducentes, apoplecticas, sudoriferas. Quomodo ergo exquisita perdurante inflammatione convenire possent?

Convulsionès Infantum, Feminarum initio morbi, præprimis si topica inflammatio adsit, & dolor validus, non nervinis, spiritibus volatilibus, opio; sed cataplasmatibus emollientibus tepidis, & reliqua cura anti-phlogistica tollentur.

Frigus excedens, & regimen calidum cavenda erunt.

Topicæ adfectiones, in omnibus Pathologiis ut totidem morbi considerantur; hinc paucis dimittam.

In enteritide gravissimus error committeretur, si hujus dolorem colicum pro flatibus haberemus, & carminantibus stimulantibus tractaremus. Omnis dolor intestinorum spasticus est, & flatus creat. Pulsus quoque in enteritide decipit, calor sæpe naturalis est; dantur enteritides latentes, ubi vix magnus dolor adest: sed abdomen leviter tympaniticum, tumidi quid & resonantis, enteritidis, præsentis, aut futuræ, suspicionem nobis dare possunt.

Frigus extremorum inflammatis visceribus non semper gangrænam docet. Adfuit sæpe, & inflammatione sedata Æger convaleuit.

In peripneumonia, pleuritide Quidam statim aut post aliquot dies ad expectorantia recurrunt, quasi omnis pleuritis & peripneumonia sputis solvi deberent. — De Vesicantibus jam dictum, hic frequenter male adhibitis.

Circa complicationem jam enarratam, notandum est, febrim cardinalem inflamma-

toriam semper prius curandam, deinde morbum, qui inflammationi accessit.

Exitus. Febris inflammatoriis crises solemnes esse dicuntur. Sed non infrequentes sunt, quæ sine manifesta sensibus mutatione solvuntur. Inflammatoriæ fuere pariter, quæ critice evacuabantur, sed non diebus consuetis ab HIPPOCRATE Aliisque designatis.

Metastasis mala metuenda est, si, evacuatione nulla facta critica, Æger cutem insperspirabilem habeat; si alvus sit morosior, non nisi enemate sollicitanda; si sputa deficient: plura hujusmodi exempla habuimus in nosocomio. Mala plerumque & imperfecta metastasis ad parotides est. Reliqui exitus inflammationis in omnibus Pathologiis abunde traduntur.

Prognosis. Signa salutis: pulsus mollior post primas venæsectiones. Nonnunquam tamen pulsus tantum mollescit febris penitus suffocata. Hinc iterum male ageremus, semper venam secando ad mollitiem usque pulsus. Dolor capitis minor. Excretio urinæ, alvi, uberior copiosior. Humiditas partium antea siccarum, cutis, linguæ, oculorum, narium. Sudor universalis levans &c.



Signa mala: nullum levamen post venæsectiones; pulsus semper durus; inflammatio a putrido stimulo; inflammatio in corpore cacochymico; inflammatio cum morbis, aliunde periculosis, complicata; inflammatio calidis tractata; æstivæ inflammationes semper periculosiores sunt, quia nonnisi ex graviore causa oriuntur.

II. FEBRIS BILIOSA.

Synonymia. HIPPOCRATES *febrim a bile*; BAGLIVIVS *mesentericam*, quæ tamen magis jam ad putridas saburrales pertinet, uti *febris nova* SYDENHAMI; ALLIGNIVS *gastricam*; TISSOT, ZIMMERMANN *biliosam*, ALII *continuam remittentem* aut *synechen* seu *continentem* adpellant.

Causæ. Bilis quantitate excedens, qualitate peccans, rancida, acris: materies biliformis seu bili analogæ, pinguis, putrida: bilis cum pituita mixta, tenax, in fila ductilis, viscida; aliena quæcunque materies ex ingestis nata.

— — — — —

S P E C I E S

I. DISPOSITIO BILIOSA, SEU CACOCHY- MIA CHRONICA BILIOSA;

Ubi febris non erumpit, sed solum ru-
ctibus, rosionis sensu, cephalalgiiis, amaro-
re, impuritate linguæ, jejuno præprimis ven-
triculo, *facie* dein, per eminentiam, *bilio-
sa* vocata, sese manifestat. In hanc caco-
chymiam quandoque ipsa febris biliosa male
curata transit.

II. UNIVERSALIS.

Nulla parte specialiter adfecta; rarius
observatur, quin non præcordia adficiat.

Cum topica adfectione, Encephali: Ill.
VAN-SWIETEN & Plures, & Nos *phreni-
tides biliosas æstivales* observavimus. *Hemi-
cranias, ophthalmias, amauroses, epilep-
sias, gastricas* vidimus. *Ill. VAN-SWIE-
TEN epilepsiam vomitu curavit.*

FORESTUS speciem quamdam *anginæ
biliosam* adpellat, sæpius nobis curatam.
Eandem SAUVAGES *synochalem* adpellat.
HUXHAM, BOERHAAVE, anginas æque
tales describunt, non tamen sub hoc nomi-

ne; symptomata tamen & cura hanc fuisse docent.

Febrim *biliosam*, *pleuriticam*, *putridam*, *malignam*, quia antiphlogisticis non cessit, præter commemoratos Auctores, TISSOT, CLEGHORN, VANDER HEYDEN describunt.

Catarrhos biliosos & nos vidimus, & Gottingæ observati: catarrhus epidemicus Viennæ 1756. grassatus, kermete minerali ad vomitum usque propinato, curatus.

Febres biliosæ quoque sat frequentes, cum *singultu*, *vomitu*, *cardialgia*, *cholera*, *colica*; cum *efflorescentiis*; *erysipelate*; cujus originem FORESTUS semper biliosam dicit; GALENO, SYDENHAMO, TISSOTO idem testantibus. Cum *petechiis* vidit STRACKIUS, nobis etiam frequenter visam. Cum *miliaribus*, teste HOFFMANNO, ALLIONIO, SYDENHAMO, SWIETENIO, ZIMMERMANNO, qui purgantia in his suadent, sicque eruptionem impediri aut morbum curari ajunt. Febrim *scarlatiniosam biliosam* adduxit ROSENSTEIN. *Rheuma a bile* describit SYDENHAM; visum nobis, & curatum. HUXHAMI *colica Damnoniorum* huc reducenda est. *Ischiadem*, *lumbaginem*, *arthritidem*, *biliosas*, BAGLIVIVUS, HOFF-

MANNUS, BALLONIUS narrant. *Biliosa cum bubonibus, anthracibus, carbunculis externis levioribus, ante biennium æstas, putridis infamis, exhibuit. Biliosas cum hæmorrhagiis, pulmonum præprimis, vidimus emetico curatas. Cl. MURRAY in Mat. Med. cap. de Ipecacuanha plures hæmorrhagias narrat, emeticis curatas. Biliosas cum diarrhæis, dysenteriiis omnes æstates testantur. Adfectiones hæ topicæ biliosarum, putridarum, malignarum, in initio minus sunt periculosæ, plerumque emeto-catharsi tolluntur. At serius, vigente morbo, doloricæ accedentes, jam præmissis solventibus, & emeto-catharsi, ortæ, signum dant, incipientis, aut ibi latentis inflammationis, curam anti-phlogisticam indicantis.*

(*) Causa harum topicarum adfectionum non explicatur apte per *consensum*, quia idem est, ac si nihil diceremus; sed melius per *metastases*. Notum est, finita exacerbatione in his biliosis, sudores oriri copiosos foetidos; ponamus nunc, partem quamdam corporis debilitatam, fiet tunc illac depositio. Quomodo autem hæ metastaticæ & topicæ adfectiones emetico uno sæpe subito suffocentur, sequentia docent. Ante emeticum semper dantur



solventia, his materia diluitur, inviscatur, communi circulo humorum traditur, & per sudores, quos emeticum certissimos producit, extricatur, diffatur, & una cum saburra in primis viis hospitante, ejicitur.

III. Divisio juxta periodum, non ita practica & utilis: in CONTINUAS, REMITTENTES TERTIANAS, QUARTANAS, SEMITERTIANAS, quæ facile in INTERMITTENTES abeunt.

Cura hic non differt. Quoad prognosim quid boni habet; quo pauciores enim exacerbationes, eo benignior est.

IV. In BILIOSAM SIMPLICEM, PURAM, nulli alii morbo junctam, uti æstate frequentiores sunt: & COMPLICATAM

cum febris inflammatoria, hac epidemice regnante; e. g. hyeme, vere initiante, autumno provento; si biliosa validior sit, aut calidis tractata fuerit; si Subjectum plethoricum, juvenile adgrediatur; si biliosa sit cum topica adfectione viscerum; si neglecta diu fuerit.

Cum putrida: frequentius biliosa in putridam mutatur, per neglectum, omissionem evacuantium, venæsectiones copiosas &c.

Cum

Cum variolis; omni quidem stadio, quæ sæpiissime ex sola hac complicatione in malignas vertuntur; hinc provida natura vomitum, vel diarrhæam salutarem primo in stadio excitat; hinc & SYDENHAM emetico mentem Variolantis restituit, febrimque jugulavit. Bene tamen hæc complicatio variolarum biliosa, ab alia earumdem inflammatoria distinguenda est.

Cum morbillis; rarius tamen æstate regnante epidemia biliosa; magis enim morbilli consortium amant inflammatorium, peripneumonicum.

Cum peste ipsa: FORESTUS, CHENOT, aliique nonnulli Loimiatri, levamen mitioremque decursum pestis ab emeticis testantur.

Cum morbis aliis non febrilibus, e. g. *cum venereo*, ob methodum medendi, primas vias deficientem; ob cubile Ægris repletum &c. indeque febris *venerea biliosa* describitur.

Cum subpurationibus, uti post operationes chirurgicas in nosocomiis.

Cum chlorosi.

Cum vulneribus.

Cum



Cum phthisi, quæ pejor a saburra red-
ditur. Angli in tali casu ipecacuanham cum
levamine dedere: res profecto delicatissima.

Symptomata. Manifestæ exacerbatio-
nes, remissiones. Latenter incipit cum hor-
ripilatione vaga, vesperi aucta. Noctes an-
te morbum inquietæ, cum sudore, dein hor-
ror major, calor urens. Cephalalgia, ocu-
li flavescentes, facies ad genas rubra, ad
labia flavescent. Lingua alba, flava, hirta
quasi, fordida est. Os Quibusdam ficcum;
Quibusdam labia sicca. Gustus alienus, ama-
ror, acor rodens. Frigidorum, acidorum
amor; levamen cephalalgicæ & caloris ab æ-
re frigido. Quibusdam adfluxus salivæ in-
spidæ, copiosæ. Ructus amari, acerbi,
acidi, rancidi, putridi. Vomituritio ina-
nis, aut bilioso-æругinosa. Præcordia ple-
na, elata; sensus ponderis, repletionis, in-
farctus; anxietas; difficilis respiratio; in-
quietudo; jactatio. Urina crocea; aut post
exacerbationem jumentosa, lateritia; non-
nunquam stranguriosa. Alvus aut parca, aut
nulla; Quibusdam frequens, sed parca, oli-
dissima, putrida. Sudores olentes, aqua-
rum putridarum instar. Pulsus celer; eo
mollior, quo pondus in præcordiis majus.
Sanguis aut nullam habet crustam, aut fla-

vescentem, plumbeam; serum viride, flavescens. Mens durante exacerbatione turbata; univ ersim in biliosis plus turbatur, quam in inflammatoriis. Dolor artuum, lumborum.

Exitus. Terminatur evacuatione. Vomitu, diarrhæa, cholera; spontaneis, levantibus.

Benigna resolutione, materia pauca, non acri, potu apto enervata.

Metastasi. Ad caput, apoplexias, phrenitides inde lethales vidimus; ad oculos, cataractas, amauroses subitaneas; ad glandulas parotides, bubones; ad cutim, erysipelas, petechias, miliaria; ad pulmones, peripneumonias, pleuritides.

In malignam inflammatoriam, si cortice peruviano, camphora, vino, vesicantibus tractata fuerit.

In malignam putridam, si venæsect., antiphlogisticis eam simul adgressi; his enim vires debilitantur, saburra resorbetur: aut, si salutare emeticum indicatum neglectum est, & purgantia exhibita fuere, quibus materies longo tractu intestinorum circumducta, resorpta est.

In nervosam lentam, ab summa debilitate, emeticis frequentioribus, aut nimia sanguinis evacuatione, inducta.

In



In cacochymiam chronicam biliosam.

In sanitatem apta medela.

Cura. Fomes potu aquoso, mellito, saponaceo, acescente, salino solvendus est; dein apto remedio, apta via, apto tempore evacuandus.

Solventia raro ultra 24 horas exhibentur, dein *evacuans*, & quidem

A. *Emeticum*; nulla inflammatione gravi praesente, praemissis solventibus; nisi ipse Aeger materiam mobilem turgentem sentiat; & vomitus spontanei levantes adsint: materia sursum turgente; quod non omnis lingua impura, sed simul sapor depravatus, gravatus ventriculus, cardialgia, nausea, ructus, anxietas, vertigo, salivae scaturigo insolita, docebunt. In robustis plethoricis venesectio praemittenda. Post exacerbationem emeticum dandum, quia haec sudoribus finitur multum ex materia morbosa eliminantibus, quos emeticum promovet.

Doses emeticorum. Debilioribus Infantibus ipecacuanha aut sola, aut cum oxymelle squillitico; Robustiores emeto-catharticum ex ipecacuanha & tartaro emetico. Qui difficilius vomunt, & mente laborant, illis solus tartarus emeticus majori dosi erit exhibendus. Vidimus hunc commode in
phre-

phrenitide biliosa ad 5, 6, 7 gr. pro dosi exhibitum. Minor emetici dosis vicem remedi alterantis, calefacientis subit. In nosocomio practico Adultis pro dosi ipecacuanhæ ℥ij. tart. emet. gr. j. exhibentur. Non statim ab emetico adsumto aquosa ingerenda sunt; vis enim ejus enervabitur, aut in purgans convertetur; tum & melius aqua tepida, quam thea aromatica, aut juscula carniū, potantur.

Unum emeticum sufficit, initio morbi, corpore præparato, febris insigniter post hoc mitigata: constans est observatio, Viros rarius repetita emesi indigere; rarius Juniores robustiores; rarius & Sanissimos antea. In his præmissa venæsect., solventibus, nostrum emeto catharticum gravissimas biliosas febres illico jugulavit. Restans levis amaror aut febricula, nec etiam restantes linguæ fordes, quæ sæpe ad plenam usque Ægri sanitatem observantur, & a repetito emetico adeo non tolluntur; quin potius augeantur, non indicat emeticum: curantur solventibus, eccoproticis, amaris. Sufficiet quoque unum emeticum febris acutiori, elatiori & paroxysmo majori.

Repetita emesi opus est, ubi Æger femina, quæ florem ætatis superavit; si febris



non repente sed latenter, multis septimanis ante, Ægram adgressa fuit; si materies non sit bilis viridis, æruginosa, sed mucus biliosus, tenax, in fila ductilis. Si frequentior emesis requiratur, non omni die repetatur, sed intercalares dies intercedant, quibus corpus & materies ad emesim disponi possint.

Contraindicant emeticum. Ætas tenera juxta Aliquos. Sed nulla ætas facilius hoc fert, quam tenera: nonne sæpissime, facillime sponte vomunt? Possumus & debemus Infantibus emetica dare. Graviditas æque non prohibet, si ejus necessitas summa & indicatio vitalis urgeat: nonne Gravidæ sæpe vomunt sponte? Suadent gravissimi Auctores usum emetici in Gravidis, febre biliosa valde accensa: materia sursum turgente ad abortum præcavendum: major enim metus est abortus futuri, saburra relicta, febris magis accensa, aut plane putrida reddita. Idem de Puerperis menstruantibus notamus; dandum his erit necessitate urgente, quia a febre liberat. Hernia non semper contraindicat emeticum, ea tamen cum cautela, ut brachierio firmentur prius. Phthisis, datur species phthiseos, ubi Angli emeticum dedere. Hæmoptoë; dantur hæmorrhagiæ biliosæ, quas emeticum curat, reliquæ omnes hæmorrha-

morrhagiarum species emeticum contraindicant. Diarrhæa spontanea, saburralis, pro-
 vecta, emetico augetur, quia in purgans
 convertitur; si tamen indicatum sit, tum
 prius ingeratur potus acescens, absque sale
 & melle, ut hoc alvus subflaminetur, dein
 emeticum. Rarius licebit opio prius alvum
 fistere.

B. *Purgans*. Materie deorsum turgen-
 te, in infimo ventre sita, sponte inferiora
 petente, per diarrhæam levantem, borbo-
 rygmis præsentibus. Non tamen jalapa,
 scammoneo aut eorum resinis purgabis; sed
 purgante mannato, cassiato, tamarindinato,
 salino-medio.

(*) Frequentes febres biliosæ purgantibus exa-
 cerbantur, convertunturque in putridas; ra-
 tio fuit, quia materia sursum turgebat, &
 emetico ejici debuisset, purgante vero cir-
 cumducta, resorpta ut plurimum fuit. Inde
 factum, ut BALLONIUS sexies purgaverit,
 nihilque id juverit, unum vero emeticum au-
 xilium adtulerit.

C. *Cura confirmatoria* in Biliosis nun-
 quam negligenda est; perficitur amaris, sto-
 machicis, vino.



III. FEBRIS PITUITOSA.

Synonymia : *Lenta* ob tardum decursum ; *pituitosa* ob causam præbentem pituitam. *Nervosa* ob adfectos nervos. *Febris chlorotica* , *leukophlegmatica* , *verminosa* , ob nidum vermium pituitosum : ni intestina rosione inflammata sint.

Causæ : lentor humorum pituitosus, mucosus, in primis & secundis viis sedem habens ; & omnes causæ leukophlegmatice.

Symptomata, quibus ab aliis febribus differt: calor minor ; pulsus debilior, tardior naturali ; aut ad hunc proxime accedens ; progressus tardior ; ad multas sæpe septimanas producitur, sæpe centesimum diem superat. Typus continuus sine exacerbationibus. Lingua ad sensum pura, glabra tamen ; & muco ductili, tenaci, obsita ; dentes fordidi, mucosi ; sopor, delirium taciturnum, placidum ; somnolentia summa, tranquillitas animi, adiphoria stupida.

Exitus : Solvitur vomitu spontaneo, pauco ; morbo declinante orto ; miliaribus albis, sudoribus &c.

Prognosis ; periculiosior quam inflammatoria & biliosa est, ob adfectos nervos,
vires

vires vitæ dejectas. Bonus eventus prædicitur, si, provecta jam, non in pejus ruat.

Cura ; Diverſa eſt ratione complicationis & pituitæ primarum viarum. Totum in eo conſiſtere videtur, ut in provecta vires vitæ auctæ ſerventur. Initio ſolventia, ſaponacea, e vegetabili regno imprimis petita; dein, abſente inflammatione, remedia alterantia, reſolventia, ſubemetica dentur. Princeps remedium ſunt flores arnicæ. Præterea ſpiritus volatiles, radices ſtimulantes, incidentes, ſalia ſemivolatilia, veſicantia, camphora &c.

(*) His omnibus enarratis toto cœlo a prioribus & ſubſequentibus cardinalibus differt: ergo eſt febris ſui generis ſpecifica, conſequenter cardinalis.

FEBRIS PUTRIDA.

Synonymia. *Synochus putris.* *Continua putrida.* *Febris nova* SYDENHAMI. *Febris ardens, cauſos* HIPPOCRATIS: *febris meſenterica* BAGLIVII &c.

Definitio vix ulla dari poteſt; quia ſymptomata vaga habet; quia non ſui generis

ris specificum typum habet, sed diversa plurimum, aut minimum varie modificata; quia demum essentiam ejus ignoramus.

Aliqui *putredinem* adsumunt *perfectam*, qua animalia destruantur, hinc totius dissolutionem; seu ut causam, seu ut effectum.

Alii *incipientem* tantum *putredinem*; sed hanc putredinem, vivente corpore, adesse, vix demonstratur.

Alii *sanguinem dissolutum* credunt; sed experimenta *Cel. HAENII* contrarium demonstrare videbantur.

Alii *fomitum putridum in abdomine haerentem*; sed dantur febres putridæ absque saburra manifesta.

Alii *fomitum putridum in sanguine*.

Alii *alcalescentiam* dicunt *humorum*, seu *extricationem salium*.

Est ergo degeneratio non explicanda sanguinis, innominata; diversissima ab invicem in diversis putridis, aut varie modificatis.

Diversitatem, aut diversam modificationem, febrium putridarum inter se probamus ex diversissimis methodis curandi, feliciter adhibitis. Alii ven. sect. methodo antiphlogistica, Alii emeticis purgantibus, Alii cortice peruviano, Alii camphora, serpentaria, arnica,

arnica, vesicantibus, Alii acidorum mineralium largissimis dosibus, putridas curarunt. Quomodo jam hæc diversæ indicationes, hæc diversa medicamina sibi obposita, in una eademque specifica febris locum habuissent; & quis tamen audebit, felicitatem curæ *Cel. HAENII, SYDENHAMI, HUXHAMI, TISSOTI, GRANTII* Aliorumque diversissimæ, negare? Quivis horum aliam febrim putridam curandam habuit, indole aut modificatione diversam, nomine eandem; quam sua methodo sanavit. Nullum ergo dabitur remedium specificum, cuique febris putridæ adaptandum.

Divisio. 1ma a loco. Nautica, nosocomialis, carcerum; flava Americanorum; Hungarica. Hæc divisio non est practica, locus enim Medicum in sanando non diriget, sed natura febris.

2da ab exanthemate vel præsentate vel absente. Hinc petechialis, vel Veterum petechifans. Miliaris, scarlatinosa, variolosa putrida, erysipelatosa &c.

3tia a loco simul adfecto; hinc angina, pleuritis, peripneumonia, dysenteria, malignæ putridæ.

4ta Practica Medicum dirigere valens, a complicatione. Complicatur putrida cum



inflammatione e. g. hyeme, sero autumnno, calido regimine adhibito, in Plethoricis, Robustis; hæcque erit *putrida inflammatoria*; cum saburra primarum viarum, eritque *putrida saburralis*, quam SYDENHAMUS sub *febris novæ* titulo descripsit. Si saburra sit bilis acris, erit *putrida biliosa*; cum variolis a pure resorpto, erit *variolosa putrida*; cum morbillis æstivalibus, est *putrida morbillosa*; cum pituita erit *putrida lenta*; cum vulneribus est *putrida Vulneratorum*.

Causæ: morbi prægressi febriles cardinales, biliosi gastrici maxime; vel calidis aut venæsectionibus nimis male tractati, vel tempore reconvalescentiæ in diæta peccato commisso; longa cura antivenerea, mercurialis; moeror diuturnus, frequens iracundia, turbans systema biliferum & gastricum; æstuosum, calidum clima; vapores aquarum stagnantium: inde loca quædam Italiæ aliarumque regionum variarum, uti optime exposuit *Cel. LIND*, funeribus ex febre putrida multis notantur, atmosphæra carcerum, cryptarum, nosocomiorum, templorum, in quibus recondita multa cadavera: inde Reconvalescentes ex putridis, Irritabiles nimium, atmosphæram templorum non ferunt. Alimenta mere carnea, inprimis ex carnibus non
recen-

recentibus, sed semiputridis; diæta parca, male sana, insolita, e. g. in urbibus obsessis, &c.

Signa, symptomata; diversa sunt in diverse modificatis putridis. Quædam tamen habentur communiora: ut sunt lassitudo in solidis; humorum circulantium tenuitas plerumque, non tamen semper. Pleræque pro causa effluvia putrida agnoscunt, circa quæ imprimis legendus *Inl. PRINGLE*. Fuscè circa causam hanc nuperrime egit *Cl. Praelect. Haenianarum* EDITOR in *Commentariorum physico-medicorum, germanica lingua editorum, P. I.*

Omnes fere sanguinem aut crusta rosea tectum, aut nihil vitiosi adspectu habentem; subinde diffuentem, non coagulatum, crusta plumbea obductum, præ se ferunt. Serum viride, rubellum, loturæ carniū simile, cæruleum. Pleræque linguæ aridæ, crusta nigrescente obductæ. Linguæ ariditas ob morbum ipsum hic intelligitur; non ea, quæ post somnum ore aperto oritur. Calor intolerabilis, mordax ad adtactum. Excretiones alvinæ olidissimæ; pulsus celer, mollis; vires dejectæ: in proVectis hæmorrhagiæ variæ; sæpe petechiæ; stupor; tremores; oculorum squallor pulverulentus; sor-



des dentium, labiorum, oris totius; & facies peculiaris, non describenda.

Duratio incerta est, nullo dierum numero adligata; 17, 20 & ultra dies durat, nonnunquam & per plures septimanas, nervis insigniter adfectis, excurrit, & in lentam nervosam abit.

Prognosis. Universim in hac febre difficilis est. Bene ominandum, si, cæteris bonis, nulla alia topica adfectio, in abdomine, thorace, &c. dolor cito evanescens, non fixus, alias loco dolente inflammatio fiet, & gangræna.

Exitus boni sunt:

Lenis diarrhæa, sudoribus levantibus juncta, & capitis functionibus restitutis.

Urinæ turbata, jumentosæ, hypostaticæ, cum levamine febris, æquabili diapnos, emendatione linguæ.

Salivatio: quæ non raro his, qui in melius vergunt, contingit; junguntur huic diarrhæa, & urinæ criticæ, sudores: omniaque simul conspirando Ægros levant.

Purulenta collectio: in loco non vitali; modo huic exitus paretur, ne resorbeatur, vel magnam plagam destruat.

Amant hæc metastases glandulas parotides, sed hæc persæpe mala est; vidimus in

apoplexias abiisse &c. Miliaribus albis, rubris solvuntur; potius sudoribus cum his conjunctis, tum aliis efflorescentiis circa os, aures natis, similibus febrium intermittentium. Surditas pro bono habetur signo in progressu morbi; non tamen sola, sed juncta aliis bonis signis. Mutatio coloris lividi petechiarum in meliorem: petechiæ vix unquam criticæ sunt, dum nihil materiæ morbosæ e corpore educant.

Sanguinis fluxus per nares, pulmones, hæmorrhoides &c.; hujus evacuatio nil habet critici.

Signa eventum malum prænuntiantia: diarrhæa valida, morbo provento vires convellens, cum meteorismo gangrænoso. Datur enim & saburralis, aut ex urina retenta; non semper lethalis. Hæmorrhagiæ vesicæ, pulmonum, narium, morbo provento; hæmorrhagiæ internæ; vibices, maculæ lividæ; deglutitio impossibilis, quin in faucibus aliquid adpareat; oculorum inflammatorius rubor, serius accedens, solutos enim humores indicat; in initio sæpe adest non tam mali ominis: aphtæ serius accedentes, coloris cinerei, cum singultu, & diarrhæa; gangrænosæ enim tum sunt; initio difficilem morbum notant, non tamen lethalem: uri-

na cum sedimento fuliginoso, ac si cruor adesset: odor cadaverosus aliquot diebus ante mortem, semper nobis lethum futurum distavit. Lethale quoque signum est, locorum leviter pressorum facilis gangrænescentia. Sic a decubitu, ab ligaturis sugillationes, vibices, gangrænas lethales semper observavimus. Mala quoque indicia præbent, nervi valde adfecti, delirium increpescens, coma, apoplexia, subsultus tendinum. Nichilominus jam his præsentibus quidam ex Ægris nostris convaluere. Linguae impossibilis aut difficillima exsertio mala est. Respiratio cita, anhelosa, periculosa: frigus marmorium, sudores frigidi, viscosi, sensuum deperditio, progressu morbi surditate excepta; decubitus supinus, oculorum pulverulenta squalliditas, mala sunt. Conniventia oculorum in somno & vigiliis, ni a consuetudine, (quod ab Adstantibus, Marito, Uxore, quærat Medicus, ne malam abs ratione formet prognosin,) aut radiis lucidis incidentibus proveniat, damnatur.

Methodus medendi: nulla est universalis: reducitur ad quatuor classes:

I. *Ima Evacuans*, ope Emeleos, purgantibus emeto-cathartici, eccoproticorum;

2da *Antiseptica*, ope corticis peruviani, arnicæ, acidorum mineralium, ac vegetabilium, nonnunquam mineralibus ipsis præferendorum ;

3tia *Calefaciens sudorifera*, ope vesicantium, vini, serpentariæ virginianæ, angelicæ, camphoræ, spiritus cornu cervi aliorumque volatiliū ;

4ta *Composita*, ubi, vel pro rerum indigentia modo ad hanc modo ad illam refugimus ; vel, ubi ex ignorantia quadrata rotundis miscentur.

Regula practica. In omni putrida, in omni maligna indicatio huc redit : febris ne langueat, non tamen exorbitet. Nulla excretio nimia sit, nulla subsistat. Methodus antiphlogistica, venæsect. frequentiores non conveniunt, nisi fors initio ad unc. V. ; exceptionem adfert *Æger robustus, autumnus, vel præsens, aut topica dolorifica partis adfectio.* Nonnunquam ipsa febris putrida vehementior phlogosin inducet, tumque necesse est, sanguinis quid educere : sed univrsim determinare venæsectionis necessitatem in putridis, difficillimum est, & nonnisi crebriori observatione, ad lectos *Ægrorum* addiscitur. Pleræque putridæ sunt saburrales. Determinandum ergo erit, an evacuandum sit,

fit, & qua via. Exhaustum morbo ipso longiori, aut venæsect. male institutis, non evacuabis facile : hic enim nullam, neque prævæ materiei, evacuationem, absque summa jactura virium, feret. Unde vino, arnica, cort. peruv., camph., serpent reliquisque cardiacis prius resectum vel pedetentim alvo, aut vomitu, spontaneis, materies morbosa deferet, vel facilior evacuatio reddetur artis ope. Qua id via præstandum sit, de febribus biliosis dictum. Viis purgatis primis, examinabimus, an vires vitæ, an febris, depressæ, languidæ; pulsus tenuis, celer, mollis, sint; an morbus longus, evacuationes validæ factæ fuerint: vel an febris elata, ætas florens? An corpus firmum, victus lautus, vinosus; an nullæ excretiones profusæ, an nullæ langueant, & quæ? Ex hoc examine indicationes & remedia eruemus.

Corticem peruvianum dabimus, ubi solida debilia laxa, in febribus putridis longis, Feminarum, Virorum, quacunque ratione debilitatorum; in putridis post evacuationes sanguineas, emeses, purgationes, multas factas; in putridis, ubi sugillationes, vibices, efflorescentiæ, simulque vires depressæ sunt. In putridis larvatis, febris remittente

tente notabiliter, cum periculoso symptoma-
te larvato juncto, apoplectico, phrenitico.

Arnicae radicem exhibebimus, in putri-
dis æstivis, ubi diarrhæa vires convellens;
ubi quæcunque nimix aliæ evacuationes;
ubi inertia primarum viarum; ubi putridæ
ex biliosis factæ fuerint; ubi putridæ cum
largis subpurationibus.

Camphoram, ubi vires vitæ dejectæ,
magna putredo, pulsus tenues, celerrimi.
Eodem in casu dare convenit serpentariam
virginianam, angelicam, imperatoriam, vi-
num, vel aliud aroma. Hæc eadem in ma-
lignis putridis; in putridis Feminarum &
æstivis.

Idem de *vesicantibus* tenendum.

Salium usus in saburralibus putridis in-
itio tantum moderatus convenit: in progres-
sis nocet. Verbo: ubi camphora, cortex,
arnica, vinosa indicantur, ibi salium usus
contraindicatur; adtenuant enim, laxitatem-
que augment. Volatilium salium loco in hoc
casu, scopo cardiaco, alia commodiora ha-
bemus. Potus acescens, saponaceus, emol-
liens, adjecto spiritu vitrioli, egregius erit,
ubi vires elatæ exorbitantes sunt.

Usus *mellis* in putridis ne sit diuturnus.
Oxymel initio in saburralibus putridis conve-
nit,



nit. Seponi debet, si diarrhæa immineat ab laxitate; si vires debiliores fiant, potius tum danda oxyfacchara ex acidis mineralibus.

Aër purus frigidiusculus mirum in modum in putridis reficit, vimque habet antisepticam; mensura hujus sit, gratus Ægri sensus, non thermometron. Mentem restituit sæpe His, qui ad nosocomium deportantur, antea delirantes; Iis etiam, qui, cubilibus Ægrorum inclusi, delirio denuo adficiebantur. Inde explicatur, quod febres putridæ nosocomiorum, carcerum, &c. multo graviores sint ob aërem animalium halitibus imprægnatum. Exceptionem omnem excludentes instantiæ apud *Cel. PRINGLE, MONRO, ZIMMERMANN, EDITOREM Pathologiæ Haenianæ* &c. occurrunt.

Munditiei, siccitati lecti & indusiorum studendum est, alias decubitus gangrænosus.

Frequenter Ægri in putridis e lecto eximantur, aut in lecto erecti sedeant. Tepor lecti putredinem fovet; decubitus continuus caput hebes reddit.

Motus per cubiculum institutus Ægrorum excretiones expedit, maxime urinarum. Non fidendum spontaneæ excretioni urinarum. Repleta, distenta nimium vesica guttatim stillant, non tamen penitus evacuantur;

hypogastrium inde erit examinandum, catheter adplicandus.

Æger a somno arceatur, docente TISSOTO: non vero de somno nocturno, sed de somnolentia diurna hic loquor, febrim graviolem & caput hebes reddente. Male ergo in civitate strepitus omnes vitantur circa domum Ægri, putrida laborantis; opiata eadem ex causa vitanda sunt, nisi alia urgens indicatio ea postulet.

Quotidie Ægri respiratio examinetur, an bona, absque tussi, dolore. Deinde præcordia, an doleant, an elata, an meteorismus? Lethalis erit putrida: ubi serius adfectio thoracis, obpressio, respiratio cita, dolor peripneumonicus oriuntur. Lethalis item meteorismus enteriticus, gangrænosus. Urinæ parcæ, cruentæ, fuliginosæ, stranguriosæ, prognosin malam faciunt. Alvus nunquam negligi debet. Immorigera enemate sollicitetur, non purgante.

Potus frigidiusculus in æstivis absque complicatione & adfectione topica conducit. Lacte ebutyrato frigido solo rustici sæpe suas putridas curarunt. Potus omni tempore copiosus sumendus est, præter hunc medicamenta potulenta certo tempore; non Ægrorum arbitrio committenda.



Casus sæpe dubii occurrunt, cum indicatione latente, ubi causa Medicum latet, aut is minus exercitatus est. Hic attendendum, an vires erigi, aut deprimi debeant? Aptæ vehicula, decocta grata, acidiuscula, aër liberior, abstinencia a carnibus, curam absolvent. Heroica in tali casu anceps, periculosum essent medicamen; ut sunt: emeticum, purgans, vesicantia, venæsectio, camphora, cort. peruv., vinum: hæc omnia valide mutant, & certas requirunt indicationes.

In omni acuto, gravi, maligno morbo, imprimis mente *Ægri* vacillante, cavendum est a decubitu. Tædiosissima res est, si *Æger* a morbo convaleat, & ex decubitu pereat: hinc reponi frequenter in dorsum debet, latera, & ventrem. Læctus, indusia, munda, sicca sint; &, si partes quædam dolere, rubere incipiant, corroborandæ erunt spiritu vini, alumine, saccharo saturni, emplastris saturninis, pulvere ex camphora & creta &c. Cura maxima sit regionis ad os coccygis, & trochanteres. Decubitus jam factus, antisepticiis curatur, *Ægro* ventri incumbente, subpositis pulvinaribus circularibus, in medio excavatis.

FEBRIS MALIGNA.

Definitio incerta est. Non semper repente incipit; non semper citissime decurrit. Non una eademque est. Est major gradus, vel degeneratio in pejus, cardinalium februm: hinc, qua talis, inter cardinales consideratur.

Nomen suum febres pituitosa, biliosa, putrida, verbo, saburrales deponunt, & maligna nuncupantur, ubi venesectionibus, solventibus, emeticis non levantur insigniter.

Monita practica in Malignis.

Urinæ profundi coloris, brunei, castanei, in malignis; item, qualium Ictericorum esse solent; nisi brevi ditum flavum colorem induant, perquam malæ sunt.

Recidivas in malignis sæpe lethales vidimus.

Delirium e malignis Convalescentium, cortice, amaris, vino rubro, exemptione e lecto, tempore, curantur.

Prognosis malignarum etiam ex opificio petitur: sic Sutorum febres gravissimæ sunt.



Vomitio Convalescentium e malignis, a nimia remediorum, indicatorum alias, dosi, e. gr. dec. cort., vino, sæpe oriuntur.

In curanda maligna, præcipue lenta, nervosa, lente festinemus: neque tumultuarie agamus. Morbum in his non pejorem facere, jam proficere est; tumultuaria cura est, quæ sine firmis indicationibus, vesicantibus, venæsectionibus, stimulantibus, aliisque febrim impugnat.

Alvus cruenta, meraca, sine dolore, copiosa, in malignis sæpe nobis occurrebat, & Ægri ferme omnes, eo nihilominus, curabantur.

Sputum cruentum in malignis, dummodo non sit copiosum, non fuit lethale. Erat hoc aliquoties nobis signum inflammationis incipientis, non autem dissolutionis, atque exiguis venæsectionibus, emollientibus, & reliqua cura antiphlogistica, curabatur.

FEBRIS PESTILENTIALIS.

Descriptio characteristica. Est febris plurimos invadens, citius enecans, reliquis febribus; exanthematibus, præprimis petechiis

chiis male coloratis, vibicibus, bubonibus, parotidibus, carbunculis stipata; juxta Ple-rosque contagiosa.

(*) CHENOTUS, Transylvanorum Loimiater, PA-RIS in ditionibus Turcicis diu antea degens, in libello *de febris pestilentiali* Parisiis præmio coronato, *Transactiones Anglicanæ*, hos pesti characteres adtribuunt.

(**) An non iidem characteres, excepto con-tagio, & hoc non apud Omnes excepto, fe-bri putridæ malignæ communes sunt? *Exan-themata*, *petechias* omnis ætatis putridis no-tata exhibuit. — *Bubones*, *parotides* noso-comia in putridis exhibuerunt. — *Carbuncu-los* epidemice grassantes externos cum levissi-ma & graviore febre junctos, in cubilibus susceptioni Ægrorum destinatis, quò se Ægri carbunculis infecti cum leviori, aut nulla fe-bre, deligationis causa ante biennium contu-lerant, cernebamur. Eodem tempore putri-dissimæ febres in civitate grassabantur, pluri-mæque mortes. Carbunculus internus à fe-bri putrida in ventriculo natus & subita inde mors visa est. — Quid si epidemiæ putridis alioquin infami, terror ex publica cura Ma-gistratus, commercium impeditum, annonæ caritas, accessissent?



Non paucae observationes apud CHE-
NOTUM & *Clar.* MERTENS, pestis Mosco-
viticae Historicum autoptam, tum in *descri-
ptione Viennensis pestis anni 1711. 12. 13.*
leguntur, ubi nonnunquam, nec carbunculi,
nec bubones aderant, sed solum febris ma-
ligna.

(*) Quoad *contagium* multiplex viget sententia.
Quidam pestem contagiosum specificum sui ge-
neris morbum statuunt: Quidam non specifi-
cum, sed putridum maxime malignum, con-
tagiosum: Quidam putridum malignum, non
contagiosum; sed epidemicum, putridum va-
rie modificatum. Rationes ultimo loco Posi-
torum sequentes sunt: Imo. Certi anni, cer-
tae anni partes sunt, quibus febris putrida va-
rie modificatur; sic alius annus pulmones,
alius superficiem corporis, petechiis aut ery-
sipelate maligno, alius bubonibus, parotidi-
bus, alius carbunculis Aegros adficit. 2do.
Smyrnae, ubi Turcae plerimi ex peste pereunt,
integrae familiae Christianorum, iisdem aedibus
degentes, sanae, illaesa servatae. Rationem
petunt a vivendi consuetudine puriori, diata
cardiaca, antiseptica magis. Novimus sordi-
tiam Turcarum, abstinentiam a vino, & simi-
lium antisepticorum, balnea frequentiora te-
pida,

pida, Veneris abufum, &c. quæ caufas mor-
 borum putridiffimorum præbere queunt. 3tio.
 Multi a peste omni pestis tempore, vel me-
 dios inter Ægrotos verfati, immunes manfe-
 runt. In Opere Cl. MERTENS exempla fimi-
 lia leguntur. Obfervatum etiam, peftim tru-
 cidaffe vix non omnes Urbis incolas, peper-
 ciffe omnibus in eadem degentibus Exteris.
 4to. Eodem anni tempore peftis faviffime vi-
 get, quo morbi putridi maligni, æftate nem-
 pe. 5to. Vomitus fpontaneus, feu arte fa-
 ctus, diarrhæa, fudores, peftem levaffe, cu-
 raffe leguntur, idem autem fieri in putridis.
 6to. Angelicam, ferpentariam, vinum, ace-
 tum, camphoram, mofchum, corticem peru-
 vianum, aliaque ftimulantia antifeptica, fco-
 prophylactico & curativo ab omni ævo in pe-
 fte laudata fuiffe; æque fumigia, ignem, in-
 cenfionem pulveris pyriti, luftrationes aëris
 &c.; hæc eadem fuis fub conditionibus con-
 venire in putridis.

Certitudinem hæc non præbent: an ta-
 men probabilitatem? Inoculatio, propofita
 a Cel. WESZPREMI, in *tentamine de ino-
 culanda pefte*, Lond. 1755., nos optime eru-
 diret, uti contagium variolarum, morbillo-



rum, luis veneræ, luis bovillæ, inoculationis ope magis evolutum.

(*) Sententiæ de ipsis *rebus contagiosis* iterum variæ sunt. Quidam Ægrum solum, ejus halitus ac remotiorem atmosphæram contagiosos esse ajunt, neque Ægros accedunt. Quidam contactum solum contagiosum putant, audacter accedunt, pulsam plane non, aut chirothecis muniti, tangunt. Quidam Ægrum solum, non autem ejus cadaver, de contagio incusant. Quidam hos Ægros solos contagiosos esse adfirmant, in quorum cadavere carbunculi reperiuntur. Quidam contagium in contactu non Ægroti, sed rerum aliarum lanearum, pilosarum, non autem lignearum, fossilium quærunt; unde factum esse existimo, res quasdam liberum in regiones nostras habere transitum, quasdam vero, & homines, multis diebus loco quodam destinato conmorari, balneari, fumigari, persari, contactu sic dicti servi pestis explorari debere.

Objici quidem posset, imo. *Cel. MERTENS* in Russia pelles peste mortuorum bi-duo solum aëri libero expositas, ab Amicis indui, gestari, sine contagio vidisse. 2do. An quis auderet adfirmare, fumigia aliaque
ad.

adhiberi solita ad merces & homines purgandos, esse vera specifica pestis antidota? Quidam semel peste correptum, curatum immunem putarunt; legimus tamen exemplum hominis septies, & aliud novies, peste correpti.

An pestis unquam perfecte sanum proficit? Sunt quidem exempla in foris publicis ambulantium, subito necatorum. An hos perfecte sanos esse constat? An non dissoluti humores hæmorrhagia interna effusi, aut carbunculus subito interne natus, fomite jam in corpore existente, aut apoplexia a quacunque demum causa orta, aliaque, lethum inopinum adducere poterant.

An non causæ, symptomata reliqua, complicationes, prognosis, cura, ex idea febris putridæ malignissimæ explicari possunt?

Ex complicatione pestis cum inflammatione explicari posse puto, cur quædam pestis venæsectione curata fuerit, uti & febres putridæ cum inflammatione complicatæ hac curantur.

FEBRIS MILIARIS.

Seu per eminentiam *puerperarum*, vel *alborum miliarium*, & febris *v escicularis*, febris



petechialis, vel VETERUM *petechizans*, *) febris *scarlatinosa*, febris *erysipelatoſa*, *urticæ*, & *exanthematibus* quibusdam *anomalis* ſtipatæ febres; plerumque ad *bilioſas*, *pituitoſas*, quæſcunque *ſaburrales*, *putridas*, *malignas*, *peſtilentiales*, ſubinde *intermittentes*, pertinent. Ex idea harum explicari debent; eaſdem cauſas, complicationes, medelas agnoſcunt. Non ergo ſunt febres ſpecificæ, cardinales. Nonnunquam inflammatoriam ſibi jungunt, aut topicam inflammationem; tumque ad *inflammatorias*, aut ad *mixtas* pertinebunt.

(*) An hæc exanthemata *contagioſa* ſunt? Reſp. De morbillis, variolis contagium conſtat, quia inoculari poſſunt: ſi cum reliquis inoculatio ſuccederet, eſſent æque talia.

(**) Dantur exanthemata *chronica*. Id probant *petechiæ ſcorbuticæ*.

(***) Non

*) An *petechiæ ſemper periculoſæ*? an prognoſis ob has ſemper anceps eſt? Vidimus innocentes, & non febriles. *Puncticulares* meliores, *latæ* pejores ſunt, & sæpe lethales; non ut cauſa, ſed ut effectus.

(***) Non omnia exanthemata sunt *falsitia*, ut aliqui Recentiorum adseruere. Vidimus enim talia in febribus sibi relictis, nullis medicamentis tentatis.

(****) Non semper sunt *critica*, neque semper *symptomata*.

Reliquam exanthematum doctrinam Illustr. Præses L. Baro DE STOERCK, illustr. VAN SWIETEN, ALLIONI, HUXHAM, SALTZMANN, HAMILTON, MOLLINARI, DELIUS, & nuper Cl. PLENCK, aliive Cl. Viri uberius describere.

IV. FEBRIS VARIOLOSA.

A. Historia.

a. *Decursus*. Nonnunquam mitissimus, ita ut obambulando ægrotent. Alio tempore instar pestis strages edit. Calculus docuit, septimum quemvis Variolantium mori. Nonnunquam ita regulares sunt, ut de die in diem mutationes prædici possint, nonnunquam maxime anomala.

b. *Ætas*: Cl. HAHNIUS ingeniose affirmavit, HIPPOCRATI jam variolas sub no-

mine phlictenarum & anthracum notas fuisse. Sed WERLHOPIUS, SCHULTZE, antiquitatis investigatores optimi, eum solide refutarunt. Legi etiam meretur Cl. GRUNER libellus: *Variolarum antiquitates &c.*

c. *Natales variolarum.* Videntur primum migrasse ex Arabia in Ægyptum, indeque per reliquam oram Africæ in Europam pervenisse.

d. *Scriptores:* RHAZES primus Arabs, SYDENHAM, MORTON, FREIND, HUXHAM, TISSOT, ROSENSTEIN, HAEN, TRALLES, WAGLER, COTTUNNI, Ill. L. B. DE STOERCK, & qui nuperrime de illis scripsit, HOFFMANNUS.

B. *Proprietates veneni variolosi.*

a. Contagio propagatur, quod historia inoculationis docet. Sed corpore solum prædisposito: inde explicatur, quod nonnunquam epidemice, nonnunquam sporadice grassentur, corporibus nempe plus vel minus, vel plane non, dispositis.

b. Semel tantum eundem hominem variolæ maximam partem adficiunt; rarioribus tamen exemplis bis correptum constat; & FORESTUS in filio proprio bis variolas veras se vidisse narrat.

c. *Experimenta* HOFFMANNI docent, vim contagiosam habere *halitum* Variolantium tepidum, odorem sui generis habentem, inspiratum, deglutitum, cuti adplicatum; *serum* etiam variolarum, quod primo vel secundo eruptionis die reperitur; & quia idem serum in pure & crusta continetur, etiam pus & crustas deciduas. Nullum vero habere contagium sanguinem, urinam, alvum Variolantium.

d. *Experimenta* HALLERI, COTTUNNII, qui in omni variolarum stadio cadavera Mortuorum fecerunt, demonstrant, externam cutem variolis solum obsideri; internam nunquam, & variolis similia interne inventa, aut inæqualitates, aut hydatides, aut aphtas fuisse; respirationem, deglutitionem impeditam ab raptu humorum ad caput, aut inflammatione harum partium venire non vero ab variolis internis.

e. In naturalibus maxima pars in capite, facie est. Causa in aëre libero adluente videtur, in trunco pauciores sunt. In insitiis maxima pars ad locum insitionis est. Vide COTTUNNIUM *de sedibus variolarum*.

f. *Copia variolarum* in Succulentis plenis, Infantibus, Fæminis major est, quam Siccis, Juvenibus, Adultis, Masculis.

g. *Plu.*



g. *Plures, periculofiores* pustulas æstas exhibet quam hyems; æstate sibi jungunt biliofas putridas febres; hyeme catarrhales, pectorales, inflammatorios, morbos.

C. *Divifio morbi variolofi*

1mo in febrim *variolosam sine eruptione*, quæ per poros, sudores, virus eliminat. SYDENHAMO descripta, non est hæc nostra; fuit enim biliofa simplex regnante epidemia variolosa;

2do *cum eruptione sine subpuratione*: rarissime quidem pustulæ benigne resolvuntur;

3tio *cum eruptione & subpuratione*, ut plerumque fit;

4to *ratione situs in discretas*, seu cum interstitiis, & *confluentes*; quasi una variola totum corpus occuparet; *coherentes* sat arcte, marginibus suis tamen quodammodo distinctas; *mixtas*, ubi pars corporis discretis, pars confluentibus, pars cohærentibus obfita est;

5to *ratione figuræ*, sunt *consuetæ*, seu *rotundæ*; *depressa* cum superficie parva plana. *Siliquosa*, *verucosa*, *acuminatæ*.

6to *ratione humoris contenti* in *crystallinas*, *lymphaticas*, *sanguineas*;

7mo ratione *coloris* in *plumbeas*,
fuscas, *nigras* ;

8vo ratione *complicatorum* aliorum
exanthematum ; in *simplices*, *complicatas*
cum *petechiis*, *erysipelate* ;

9no ratione *periculi* celebrata divisio
in *benignas* & *malignas*. *Malignæ* sunt po-
tissimum *confluentes* ; sæpe tamen *discretissi-
mæ*, *depressæ* ob vim vitæ debilem, in me-
dio *collapsæ*, *verucosæ*, *crystallinæ*, ob
acerrimam lympham contentam ; *sanguinæ*,
ob *dissolutum cruorem* :

10mo ratione *typi* in *regulares* & *ano-
malas* ;

11mo *veras* & *spurias*, genus nempe
quoddam *phlictenarum* simile quodammodo
veris *variolis* datur.

D. Periodi seu decursus.

Regularium nobis in *sex stadia* dividitur ;

a) *INFECTIO*, quo *virus*, vel *con-
tagio*, vel *inoculatione susceptum*, corpus
oberrat ; *Æger* tamen *sanus* videtur ; *com-
plectitur* juxta *Alios dies 7*, juxta *Alios 11*,
12. *Subin* & *multo brevius* est.

b) *FERRILE*, *EBULLITIONIS*, *FE-
BRIS VARIOLOSA PRIMARIA*, *stadium*
pri-



primum variollarum nuncupatur, triduo durans, vel horis 72.

a) SYMPTOMATA stadii primi sunt: Dedolatio sine causa manifesta gravior, morositas, somnolentia peculiaris, frigor, horror, calor subsequens, recurrens; capitis, dorsi, lumborum præprimis dolor; cardialgia, vomituritio, vomitus, vel a pravis contentis in saburram mutatis, aut vi febris mutandis, emeticum indicantibus; aut, si spontaneus vomitus adfit, promovendis; vel ab irritatione nervorum ventriculi, ubi emeticum aut facilitatio vomitus periculosissima. Dolor ad serobiculum cordis manus fugiens; in sudores propensio apud Adultos. Stupor quidam inter dormiendum; in Infantibus sæpe levis tendinum subsultus, convulsiones, immo invasiones epilepticæ: dentibus jam præsentibus, vel nullo adhuc dentitionis molimine: dentitio enim eadem præ se fert. SYDENHAM inde bonas variolas prædixit, sed observationes docent, & malas sequutas fuisse. Omnis convulsio, qua talis, periculosa est, apoplexiam, suffocationem, paralyfim, strabismum, fatuitatem inducere potest. Ergo qua tales nunquam negligendæ sunt: his insultibus convulsivis præsentibus variolas

riolas intra octo horas prædicere plerumque potes. Facies tumidula, oculi lacrymantes, scintillantes; vespertina exacerbatio, sudore mitiganda. Fœtor peculiaris oris, & halitus corporis reliqui olidus. Prior ab ipso viru varioloso, sanguinem, pulmones oberrante; non indicat emeticum, neque est saburræ latitantis signum. Sternutatio, rubor cutis, febricitas, pruritus; artuum dolor rheumaticus; damnatur hic in primo & secundo stadio, quia pravum variolarum genus instare docet.

(*) Brevior sæpe hæc febris prima videtur quam revera est: sæpe Infantes primam, secundam ebullitionis diem facile ferunt, tertia incommoda patiuntur & eruptio fit: falso concluderes inde, una die tantum durasse, & falsè quoque semper inde malignas prædiceres; ob adsumtam abs fundamento anomaliam stadii.

β) CURA morbi, eumque stipantium symptomatum. Curæ totius facilitas ab hoc stadio dependet. Omnis consistit in justa febris sui generis, specificæ variolosæ primæ moderamine; quia specificum, non quidem impossibile, necdum detectum est.



Complications medela.

Fit imo enematis : his cephalalgia, gravitas capitis, pigrities sanantur : in nullo morbo acuto negligenda hæc sunt.

2do *Venesectio* in Juvenibus, Adultis, Robustis, Plenis, Succulentis, simul complicata inflammatoria, hyemali, pleuritica, peripneumonica, laborantibus. Quantitatem sanguinis detrahendi docebit ætas, corpus, anni tempus ; hyeme largius, æstate avara manu ; Arabes in excessu peccabant. Raro subitanea ad animi deliquium necessaria est, potius parca iterata.

3tio *Cardiacis* rarissime opus est, ut hæc febris excitetur ; Pueri rustici ferme sine omni febre obambulando variolas optime ferunt, hinc, etsi nulla febris adsit, bene tamen *Æger* se habeat, nil moliendum. At in malignis, ubi *Æger* ad speciem tantum febricitat, & reliqua pessima, summa virium prostratio ; urina, pulsus, calor, naturalia, aut vix recedentia ; tum cardiacis stimulantibus incitanda erit.

4to *Emetico*, ubi saburralis simul febris adest, ubi alii morbi, tunc regnantes, emetico obediunt ; intermittentes, biliosi, peripneumonix nothæ, diarrhææ, dysenterix ;
ubi

ubi incongrua adsumta. Optimus magister hic nobis SYDENHAMUS erit.

5to *Purgatione*, frequentissimo remedio; ubi materies aliena in intestinis hæret, seque borborygmis, colica, diarrhæa biliosa, manifestat. Drastringa, resinosa, aloëtica, scammoniata, jalappinata, hic non conveniunt, sed eccoprotica. Non mercurialis, quam Aliqui præferunt, admittenda, nisi vermes, pituita adsit; non purgandum, ubi emesis indicatur.

6to *Ægroti habitatio* ampla sæpius perflata, lustrata, si ullibi, hic certo requiritur; suo enim specifico fœtore aër inquinatur.

7mo *Aër liber frigidiusculus* optimum variolarum antidotum est. Si delirium, convulsiones, febris increfant, Inoculati aëri libero exponantur, & effectu miro instantaneo levantur; uti convincenti maxime exemplo *Inl. L. B. de STÖRCK* evicit. Evidentum est observationibus, dies caniculares, calores universim æstivos, vim infelicem habere in variolas; eandem habebit cubile clausum calidum. Mensura frigoris sit *Ægri sensatio* grata, non *Medici*. Nulla tamen inflammatio topica valida adsit, dum frigori exponuntur.

Complications medela.

Fit imo enematibus : his cephalalgia, gravitas capitis, pigrities sanantur : in nullo morbo acuto negligenda hæc sunt.

2do *Venesectio* in Juvenibus, Adultis, Robustis, Plenis, Succulentis, simul complicata inflammatoria, hyemali, pleuritica, peripneumonica, laborantibus. Quantitatem sanguinis detrahendi docebit ætas, corpus, anni tempus; hyeme largius, æstate avara manu; Arabes in excessu peccabant. Raro subitanea ad animi deliquium necessaria est, potius parca iterata.

3tio *Cardiacis* rarissime opus est, ut hæc febris excitetur; Pueri rustici ferme sine omni febre obambulando variolas optime ferunt, hinc, etsi nulla febris adsit, bene tamen Æger se habeat, nil moliendum. At in malignis, ubi Æger ad speciem tantum febricitat, & reliqua pessima, summa virium prostratio; urina, pulsus, calor, naturalia, aut vix recedentia; tum cardiacis stimulantibus incitanda erit.

4to *Emetico*, ubi saburralis simul febris adest, ubi alii morbi, tunc regnantes, emetico obediunt; intermittentes, biliosi, peripneumoniæ nothæ, diarrhææ, dysenterix; ubi

ubi incongrua adsumta. Optimus magister hic nobis SYDENHAMUS erit.

5to *Purgatione*, frequentissimo remedio; ubi materies aliena in intestinis hæret, seque borborygmis, colica, diarrhæa biliosa, manifestat. Draffica, resinosa, aloëtica, scammoniata, jalappinata, hic non conveniunt, sed eccoprotica. Non mercurialis, quam Aliqui præferunt, admittenda, nisi vermes, pituita adsit; non purgandum, ubi emesis indicatur.

6to *Ægroti habitatio* ampla sæpius perflata, lustrata, si ullibi, hic certo requiritur; suo enim specifico foetore aer inquinatur.

7mo *Aer liber frigidiusculus* optimum variolarum antidotum est. Si delirium, convulsiones, febris increfant, Inoculati aëri libero exponantur, & effectu miro instantaneo levantur; uti convincenti maxime exemplo *Inl. L. B. de STÖRCK* evicit. Eviçtum est observationibus, dies caniculares, calores universim æstivos, vim infelicem habere in variolas; eandem habebit cubile clausum calidum. Mensura frigoris sit *Ægri sensatio* grata, non Medici. Nulla tamen inflammatio topica valida adsit, dum frigori exponuntur.



8vo *De potu* frigidiorē idem notamus. Arabes glaciale potarunt, plebeji idem sæpe feliciter faciunt; mire frigus arcet putredinem. Alii acida, nitrum, scopo refrigerante exhibent, hæc eatenus fors refrigerant. quatenus ipsa frigida adsumuntur.

9no *Mutatione* regiminis sub eruptione. Circa finem primæ variolosæ febris sudor prorumpit cum rudimentis pustularum, punctorum nitidorum, rubellorum, rotundorum instar; in facie primo prope nasum, labia superiora, tum in reliqua facie, brachiis, collo, thorace &c. his expulsi symptomata componuntur; (de regularibus loquor,) maxime nervorum motus & febris; in benignis plena adest apyrexia; sudoribus continuatis in abdomine, lateribus, thorace, dorso, pedibus, nonnunquam in capillata capitis parte, aut plantis pedum; ubi ob integumentorum duritiem dolent inflammanturque.

γ) *NATURA* hujus febris est sui generis. Aliqui, qui videbant hanc antiphlogisticis cedere, inflammatoriam adpellarunt. Alii hanc alviductione & emesu mitigarunt, & inde putridam adpellarunt.

Ab inflammatoria autem differt :

Crisi : habet abscessus multos superficiales, non resolvendos, sed subpurandos :

Duratione : regularis triduo terminatur. Inflammatoria per 4, 7, 14 &c. dies durat, & notum est, chronicas dari inflammationes. Accedit tamen ad inflammatoriã ; excedentem enim mitigat methodus antiphlogistica ; quamquam non specificè tollat, ut cortex peruvianus intermittentem.

c) ERUPTIONIS, seu criseos, seu metastaseos ad cutim.

α. Symptomata : primis eruptionis horis plagulæ rubræ, quasi totidem morsus pilicum, adparent, cum levi cutis asperitate. Hæc, variolas adesse, necdum determinant, nisi fors epidemia præsens, conversatio inter Variolantes & subjectum nondum variolas passum. Altera eruptionis die diagnosi fit ex maculis rubellis modice elevatis, in medio punctum albicans nitidum, splendens, quasi sphærule rotunda, adscendens, sensim sensimque grandescens, habentibus. Jam diximus, pustulis omnibus prostantibus febrim dissilari in regularibus ; si ergo secunda die accendatur, aut redeat, nova eruptio fit, sub novis sudoribus.



β. *Duratio* per triduum a prima die eruptionis vel a prima febris variolosæ primæ ad sextam usque.

γ. In *cura* hujus stadii duæ epochæ observandæ sunt.

Paullo *ante eruptionem* quies, lectus, cubile commendatur. Etiam si toto febris variolosæ primæ tempore aëre libero usi fuerint. Calidum regimen averfandum est, sed frigidum non minus, quod sudores valeret subprimere. Infantibus, Fæminis irritabilibus proderit ante eruptionem pauxillum opii dare, sopit spasmos, sudores & eruptionem promovet.

Durante eruptione regimen quasi medium observandum, nihil alieni adsumat. Proderit cubile, aut saltem paucis melioribus diei horis foris obambulare.

d. Absoluta plena eruptione, *maturationis*, seu *coct̄ionis*, seu *subpurationis* stadium sequitur. Hæc enim est natura pustularum, ut non, aut paucæ, benigne resolvantur, plures subparentur.

a. *Symptomata*. Oritur sexta die, a febris variolosa prima computando, aut ab initio undecima. Pustulæ nempe faciei majores, pleniores, rotundiores, in apicibus magis flavescences fiunt, limbo rubro ambiuntur,

untur, qui semper latior fit. Ambitus, limbus, in confertioribus omne ferme interstitium replet, & inflammatur. Eodem ordine hæc procedunt, quo eruptio. Tumor primo faciei, colli dein & brachiorum, facie jam detumescente.

Tum ad symptomatum horum syndromen referenda *Febris nova exsurgens* a prima variolosa diversa, inflammatoriæ indolis, crustam phlogisticam habens; verbalis, qualis omnis est, quæ inflammationes in subpurationes coquit. Octava die exardescit. Causam hujus diversam statuunt; Pleurique a perspirabili subpresso, per pustulas & inflammatam cutem. Alii pus resorptum, sanguinem oberrans, adculant. Sed cute necdum inflammata, pure nullo parato, jam adest. Alii ab ipsa inflammatione cutis. Sufficit, eam ipsam esse, quæ inflammationes in pus coquit, quamque penes omnem inflammationem observamus.

Symptomata hujus febris communia magis, sunt cum omni inflammatione analogæ. Peculiariora vero: Adfectiones encephali, delirium, sopor, convulsiones, apoplexiæ, phrenitides, ophthalmiæ, ptyalismus Adultorum, angina. Hæc omnia vel ab ipsa febre intensiori, vel ab irritatione, inflamma-



tione faciei : hinc humores omnes versus caput ruunt inpetuosius. Hinc monstrosus quasi, emphysematicus faciei tumor, palpebræ clausæ. Interstitia enim inflammata vices vesicantis subeunt. Olim credebant, sub cute inflammata pus variolosum haberi : sed cadaverum sectiones nihil purulenti sub cute monstrarunt. Ophthalmia sæpe alia in hoc stadio adest, a variolis bulbi aut palpebrarum internis : quasi ab acri collyrio inflammante. Ptyalismus alius a variolis fauces obsidentibus, irritantibus. Diarrhæa Infantum, quia multo irritabiliores sunt, & non solum glandulæ faucium in his irritantur, sed & œsophagi, ventriculi, intestinorum : pleuritis, peripneumonia levior.

Variola maligna, & differentia febris malignæ subpuratoriæ ab subpuratoriâ priori. Æstate, autumno grassantur. Prima statim aut secunda die febris primariæ erumpunt : nonnunquam malignæ maxime post triduum, die 5. 6. 7., ita ut ad plures dies hoc stadium extendant, nullo eruptionis ordine servato ; sed confertim, tumultuarie ; prius in brachio, pedibus, dein facie &c. Gravissimus artuum dolor, lancinans, rheumaticus. Febris, prima eruptione facta, aut persistit, aut intenditur.

Figura

Figura differunt: exiguæ sunt, complanatae, non acuminatae, ambitus irregularis, angularis. Confluunt, ac si erysipelas bullatum adesset; vesicam exhibent amplissimam. Intropressæ, subsidentes sunt, in medio punctum obscurum habent, albæ, lividæ, fulcæ, sanguinæ, nigræ; nonnunquam vacuæ sunt, nonnunquam sanguine putrido repletæ, nonnunquam lymphâ pellucidissima; nonnunquam virescunt, quasi ecchymoticæ, uti cadavera post aliquot dies.

Secundaria febris subito increfcit, affectiones periculosas, complicationes varias secum jungit, putridas, malignas &c.

Contingit, ut variolæ laute Pastos adgrediantur, febrili suo motu contenta ventriculi putrefaciant; vel dum corpus antea biliosa putrida aut alia saburra laboravit, a variolis in actum deducta: inde ratio, quod variolæ pessimæ sint, dum morbi putridi grassantur, aut humores antea acres, venerei, scorbutici, scabiosi; systema nerveum valde irritabile; pituita; vermes; graviditas; puerperium, adsunt; ubi febrim lacteam aut puerperalem variolæ secum jungunt, abortus iisdem, ut puerperium, obnoxius.

Catamenia prima, quia tum status quidam febrilis & mutatio corporis; menstrua-

tio omnis, quia hæc raro sine incommodis; chlorosis, cacochymia quæcunque, malum augent in febris secundaria.

Quemadmodum omnis inflammatio in his corporibus malum exitum sortitur: sic & variolæ plerumque in gangrænam abeunt. Hinc & alia symptomata eveniunt, sequentia: phrenitis pessima; convulsiones lethales; Adultis ptyalismus suffocans, Infantibus diarrhæa colliquans; angina membranacea, seu suffocativa, quam Veteres a variolis asperæ arteriæ aut pulmonum repetebant. Recentiores in cadaveribus horum, aut validissimam inflammationem aut pseudo-membranam a sero phlogistico transudante invenerunt; quæ Ægros repente suffocat, nisi raro eventu vomitus spontaneus sequatur. *Cl. MICHAELIS Junior* hanc optime descripsit.

Mali omnis pleuritis, peripneumonia validior; exanthemata alia, petechiæ, miliaria, erysipelas malignum, gangræna variolarum, & aliarum plagarum corporis; hæmorrhagia uteri, vesicæ. Mictus cruentus maxime damnatur, si non a plethora aut orgasmo proveniat; cruorem enim dissolutum indicabit: diarrhæa putrida, colliquativa; metastases purulentæ; pessimæ sunt ad caput; parotides, pulmones.

Quoad

Quoad eventum. Variolæ malignæ non tantum enecant, dum vigent, sed longo post morbum tempore. Non cicatrices fœdas hic consideramus; etiamsi cutim minus perspirabilem reddant; sed jacturam sensuum, loquelæ, auditus, visus; fatuitatem, memoriæ defectum, paralytim artuum, morbos nervos, præprimis epilepsiam; pthysim, atrophiam, herpes, aliasque efflorescentias ad medelam rebelles; tum amauroses, pannos, fistulas lacrymales, hypopya, gangrænescentiam totius oculi, coalescentiam foraminum narium, palpebrarum; scrophulas, mesenterii, colli strumas, ulcera rebellia, spinam ventosam.

Hæc discrimina enarrata passim a tertia specie febris variolosæ proveniunt, *purulenta* dicenda, a multa copia puris in sanguine. Dies 12, 13 in his maxime periculosa est, nonnunquam 17., SYDENHAMO observatore. Recentiores 21. 24. lethalem videbant, etiamsi ante hanc omnia tranquille extra lectum peragerentur. Falsum inde esse concludimus: morbos malignos semper citissime decurrere.

Curæ in hac secunda febre variolosa consuetæ sunt:



imo *Antiphlogistica*, nempe venæsectio, potus nitrosi, saponacei, melliti, emollientes. Balnea crurum, totius corporis, semicupia. Indicatur hæc: ubi febris boni moris, simplex, nullo vitio bilioso juncta, sola intensione peccans, pulsus altiores, fortiores. Ubi variolæ in homine adulto, habitu pleniore, cum intensiori febre: ubi peripneumonia, pleuritis, aut visceris cujusdam alterius inflammatio. In variolis hyemalibus, vernalibus potius, quam æstivis. In orgasmo ad caput, depositionibus illuc & ad pectus factis, ubi hæc ab orgasmo; nam dantur etiam metastases ab languido motu.

2do *Narcotica*, SYDENHAMO celebrata, bono sæpe effectu, non tamen ubique exhibentur.

Non convenit opium per se, ubi febris inflammatoria; quia autopsia docet, id humores incitare, rarefacere; neque ubi delirium, sopor, aut apoplecticus status ab raptu humorum ad caput; quia vim soporifertam, apoplecticam possidet. Neque ubi calor, sudor magnus; quia est calidissimum, certissimum sudoriferum. Qua somniferum maxime nocet. Mira, sed certa, observatio est, somnum in acutis non levare, & febrim augere; ex obposito, lecto Exentos,
a som-

a somno Inpeditos, melius se habere. Opium, ut salivationem & diarrhæam cohibens, nocere potest. A salivatione in Venereis, frigore cohibita, pessima mala sequuntur, qualia & hic evenient. Mala capitis augebuntur, & fors ea materies variolosa, quæ salivatione & diarrhæa evacuatur, retinebitur. Opium etiam, ut febrim saburralem quamcunque, quæ sæpe cum malignis confluentibus complicata est, intendens, per se non convenit, nisi post emesin institutam, ad turbas sedandas.

Opium poscunt, indicant: vires vitæ depressæ; ubi agit, ut cardiacum rarefaciens, penuriam humorum ad tempus subplens. **POTT**, Anglique plures alii opium, qua cardiacum, largiori dosi cum effectu in gangræna senili adhibuerunt. Exigunt præterea opium, æger Infans, Fæmina, verbo Irritabiles omnes: tollit irritabilitatem ad tempus, & motus nervorum perniciosos: tum pustulæ collapsæ ob vim vitæ debilem, materia introrsum vergente, ad interna deposita: opium hic erit cardiacum & sudoriferum, eadem ratione, ac in rheumatismo, podagra, introvergentibus: tum alvus perniciose profusa; uti in confluentibus, cum putrida conjunctis. In his diarrhæa, neglecto salu-
tari



tari evacuante, oritur, cum summa intesti-
norum gangrænosa dispositione. Hanc, ait
SYDENHAM, emetico præcaveri; aut, si
adfit jam, arceri tamen diutius, & antisepti-
cis conjunctis Ægrum fors restitui posse.

3tio *Acida* vegetabilia, maxime mi-
neralia: septicam humorum diathesin his
emendare volunt. Acida in omnibus acutis,
præprimis regionibus calidis, laudabantur.
Arabibus valde commendata fuere. Utut
vegetabilium acida indicatissima sint, non
tamen sufficiunt scopo antiseptico; quia vi
morbis enervantur: hinc duce HALLERO, &
TISSOTO Recentiores mineralibus acidis ma-
jori dosi, eventu fortunato, usi sunt. Sa-
burra putrida resorpta, pus resorptum, per-
spirabile excrementitium subpressum; labem
putridam humoribus, dissolutionem, mali-
gnitatem inducunt. Acida hanc corrigunt,
invertunt, ad alvum & urinam ablegant. Ve-
getabilia in minori gradu profuerunt: cito
tamen vincuntur.

Largiorem mineralium dosim poscunt:
pustulæ sanguineæ, hæmorrhagiæ variæ a
putrido orgasmo, ab dissolutione ortæ: præ-
ter aquæ frigidæ potum, hæmorrhagiæ na-
rium, hæmoptoë, mictus cruentus præpri-
mis; raptus humorum putridorum ad caput

& inde delirium; petechiæ violaceæ, fuscæ, gangrænescentes; salivatio nimia. Eadem opio sistitur: si simul adsint adfectiones nervosæ; alias melius his acidis.

Doses acidorum mineralium. **TISSOT** in hac febre subpuratoria spirit. vitr. intra 2 hor. ad ʒij. cum syr. viol.; alia vice ad dr. iij. intra quatuor horas dedit: alio tempore spirit. sulph. per campan. ad unc. ij. intra 24 horas, aut aqua dilutum, aut syr. obvolutum, exhibuit. Larga dosi hic opus, si quid præstantis efficere volumus. Plerumque tali modo exhibita, bene feruntur, nonnunquam tamen ventriculum adficiunt, dentes flavos reddunt, dein nigrescentes.

4to *Aperiendæ* sæpius pustulæ erunt; forfice potius quam acu, ad resorptionem puris & cicatrices foedas impediendas.

5to *Dieta* liquida sit ex fructibus aquosis aciescentibus, fragis, ribesibus, cerasis, sero lactis, lacte ebutyrato.

6to *Purgantia*, mannata, tamarindinata. Multa de his leguntur apud scriptores Anglos prioris sæculi. Conveniunt tam in confluentibus quam in discretis. Dari debent a primo febris subpuratoris gravioris initio; ut ter, quinquies alvus intra 24 horas



moveatur, præprimis in confluentibus. In discretis purgandum erit: ut primum pus confici cœpit, id est, ut primum facies flavescit. Hac enim purgatione, pus resorptum evacuatur, novæ variolæ ab resorpto pure oriundæ, molestissimæ prævertuntur, adfluxus major, turgescencia inde natâ glandularum salivalium, & suffocatio metuenda, præpeditur; vicaria evacuatione substituta duce natura, quæ ptyalismum diarrhææ substituit in Infantibus. Eadem ratione ptyalismum subpressum, depositionem & suffocationem inde metuendam juvat. SYDENHAMO, HUXHAMO in hoc casu emeticum subitaneum auxilium tulit: dein purgans in hoc stadio methodus universalis est Practicorum omnium. Erit ergo huic vel ideo obediendum.

7mo *Cortex peruvianus* SYDENHAMO largis dosibus in hac subpuratoria celebratus. Convenit ejus decoctum in dissolutione humorum, laxitate solidorum magna, effusi puris collectione, adtritibus viribus. Tarde Reconvalescentibus cum lacte detur.

8vo *Camphora*; interne: ubi validior stimulus requiritur; febre, viribus, languidis, septica diathesi, adfectionibus nervosis. Externe. Ubi variolæ & interstitia gangræne.

nescunt. Sic HOFFMANNUS nobilem Feminam camphora, vitellis ovi subacta totam quantam illitam, fervavit.

9no *Vesicantia*; vires horum dictæ, ubi actum de febris inflammatoria. Conveniunt in diarrhæa tumultuaria vires convellente hujus secundariæ febris, alias diarrhæa maligne Febrientium vocata, ab saburra neglecta, non ejecta, orta, seu ab complicata febre biliosa putrida saburrali; facie simul Hippocratica, pustulis subsidentibus, interstitiis pallidis, pulsibus exiguis: sistunt hanc ad suras adplicata. Etiam ex alio capite hic profunt. Penes hanc diarrhæam enim deglutitio vel læsa, vel impossibilis est: hinc nulla medicamenta ad hanc sistendam ingeri possunt, & Æger inevitabili fato perire deberet. Per vesicantia vero vires medicatrices per poros hic ingeri possunt. In metastasi materiæ variolosæ ob vim vitæ dejectam; non ob orgasmum: e. g. ob male sanas phlebotomias &c.: hic vesicantia penuriam humorum resarciunt & revellunt. Alia quoque cum his coindicat^a sunt, stimulantia aromatica vinosa.

10mo Alia in hoc stadio laudata remedia sunt: serpentaria virginiana, angelica, contrajerva, imperatoria, alumen, succus



catechu; radices illæ languido humorum motu & debilitate, in infuso potius quam pulvere conveniunt. Arnicæ radix in diarrhæa priori maligna in pulvere omni bihorio ad dr. sem. aut ad dr. j. egregia est; similiter in larga subpuratione. Alumen & alia adstringentia, sed dilutissima, in hac diarrhæa proficua reperta fuere.

IIIMO Cura symptomatum malorum, enumeratorum, sparsim jam descripta fuit. Finis hujus stadii, seu maturatio perfecta in non malignis undecima die adest.

e. STADIUM EXARERESCENTIÆ, seu EXSICCATIONIS; eodem ordine procedens, quo eruptio, donec in non malignis 14. die omnes exsiccatae sint. Hoc stadio nulla febris præter pruritus molestum: in confertioribus solum levicula febris a pure resorpto, corpus oberrante: præterea collectiones variæ puris, v. g. hypopya subitanea.

Cura hic consistit in alvi blanda subductione omni alterna die repetita; die ergo 14. in regularibus sanatio adest. Sed quia nec mitissimæ variolæ ab omnibus pravis sequelis liberæ sunt, præstabit tempore reconvalescentiæ omni octava die, per aliquod tempus alvum ducere.

Aphorismi in variolis notandi: Oculus sinister in primo stadio plus lacrymatur, facies sinistra pluribus tegitur pustulis, ergo majorem adtentionem merentur. Difficiles variolas patiuntur, qui cutim densam, crassam, inperspirabilem habent, qui nempe balneis frigidis adfueti sunt, & levioribus vestimentis utuntur. Optimæ dicuntur variolæ a quarto anno ad 14., a decimo sexto ad 20. Periculosæ, si non lethiferæ, sunt, si lingua salinum saporem exhibeat. Artus in primo stadio dolentes, malignas prædicunt. Diarrhæa spontanea ante & post eruptionem mala est, & ab critica confluentium salutari distingui debet. Prurientes nimium sub eruptione, malæ. Hæmorrhagiæ omnes periculosæ sunt; pessima vesicæ est, & inter mille Tales, effato *Sydenhamiano*, vix unus fervatur. Si petechiæ cum variolis junguntur; inter quatuor moriuntur tres: quartus quisque, vel ad summum quintus, in confluentibus perit. Moritur, cui tumor faciei subito collabitur, salivatio subito cessat, bases variolarum subito flavescunt, respiratio difficilis accedit, vox rauca fit, memoria deperditur. Effato *Rosensteiniano* in variolis vel moriendum vel largiter potandum est. Abscessus sæpe salutaes sunt, si cito ape-



riantur; hinc bene attendendum, an nulli-
 bi dolor, tumor. Æstate, regnante epide-
 mia, tempore dein pubertatis, graviditatis,
 puerperii, periculosæ sunt. Variolæ in fau-
 cibus non sunt periculosæ, nisi quod deglu-
 titionem impediunt. A primis diebus tota
 salus Ægrotantis pendet. Vapor aceti, cam-
 phoræ accensæ, aërem infectum emendat:
 ergo in cubili Variolantis proficuum est. Hy-
 drogala, serum lactis, decoctum hordei cum
 succo citri, optimi potus sunt. Acu aut lan-
 ceola vulnuscule cutis ante eruptionem fa-
 cere bonum fors esset; quia ibi pustulæ con-
 fertiores sunt; exemplum docet Infantis a
 matre virgis ad nates cæsi, ubi copiosissimæ
 dein pustulæ fuere. Oculi, nares defendi
 debent: defenditur nasus ab aliquibus spi-
 ritu vini camphor. aut balsamo embryonis;
 quia, si nasus liber maneat, non tanta oritur
 deformitas. Alii utuntur emplastro de ra-
 nis cum mercurio. Internæ pustulæ narium
 lac tepidum poscunt injiciendum. Pustulæ
 in faucibus, gargarisma emolliens, solum, aut
 camphoratum. In insultu epileptico, præ-
 cipue tempore eruptionis, clysmata profunt,
 & opiata; ni alia contraindicerent. Quidam
 gradum febris necessarium mensurant pulsi-
 bus sexaginta novem. Dum circa 11. diem
 fa-

saliva spiffescit & suffocationem minitatur, juvabunt gargarismata emollientia, modicum irritantia.

E. CONATUS Variorum VARIOLAS PRÆVERTENDI, aut penitus DEPELLENDI. Remediis naturales benignas efficere Quidam voluerunt. Abunde de his dictum est. Adhibuerunt, ut specifica, Arabes, imprimis RHAZES, venæsect. ad animi deliquia, aciescentia, saponacea; AGRICOLA mercurium vitæ, antimonium diaphoreticum; BALLONIUS epidemia regnante, purgans, dein cardiaca lenia; WEDELIUS bezoardica; MICHAELIS tincturam vitrioli; SYDENHAMUS, DIEMERBROEKIUS purgationem blandam, emeticum; GLAUBERUS sulphur. antim. auratum; SCHREIBERUS mercur. dulc.; ALII mercurium sublim., massam pil. Ruffi., extract. aloes; gum. ammon., galb., æthiop. miner. cum balsam., cum anthelminticis; ALII nitrum; ALII camphoram, asam foetidam; ANGLI cort. peruv.; ROSENSTEIN acida veget.; LINNÆUS moscho propriam familiam, grassante epidemia, salvam servavit. De moscho & camphora plures observationes præstant, quam de reliquis. — Jam præsentè variolosa febre, pustulis erumpentibus Aliqui ab

ulteriore eruptione prohibere volebant, seu pustulas jam præsentés resolvere: **RHAZES** & **BOERHAAVE** venæsectione, nitrosi. Plurimi testantur, se hac methodo non infelices fuisse, immo deventum eo est, ut una venæsectione ad animi deliquium instituta variolas jugulare tentârint; sed deserta est ab omnibus ferme, quia raro, fors in Paucissimis, benignissimis tantum præsentibus variolis, obtinuit; quia periculosa est: quis enim Puerorum, Infantum venæsectionem ad animi deliquium feret, quin reliqua vita non ruat? quia pustulæ, utut inflammatoriæ, sui generis tamen sunt, quæ subpurari debent, rarissimis exceptis.

Alii **INOCULATIONE** usi sunt, ut tutos præstarent Mortales. Notanda hujus primum *origo*: Videbant, variolas certis temporibus sæve vastantes, aliis benignissimas; hinc hoc benigno tempore inficere Reliquos intendebant. Dum enim necessitas variolarum inevitabilis sit, minus malum eligere voluerunt.

Historia: Antiquissima est, jam inter Barbaros usitata. Tartaris in Asiæ finibus, Atris, Britanniæ populis, adhuc incultis, diu jam culta fuit. Priori sæculo ex Asia Constantinopolim pervenit; ante obsessionem Ur-

bis Viennensis a Turcis, serius ad nos. Prima inoculatio in Hungaria facta legitur apud REIMANNUM. Postmodum in Anglia inter Nobiliores celebrata; tandem annis posterioribus ubique ferme coli cœpit.

Commoda artificialium certa sunt. Anni tempus seligere possumus, variolis favens; ver, hyemem, ubi benignissimæ, parcissimæ. Tempore epidemiæ malignæ, ut æstate, autumno, ob complicationis metum, fuga & specifica erunt suadenda.

Ætatem eligere possumus. Præstat Juvenibus quam Adultis, & iterum Pueris quam Juvenibus. Adulti plerumque graviter adficiuntur. Observationes docent, Infantes lactantes benignissimas, sed copiosissimas, pati. In his tamen tempus dentitionis vitandum erit; hinc his, si suadenda, tum ante septimum mensem, aut post unum ætatis annum. Præterea cognitio symptomatum ab Infantibus haberi non potest, ob defectum rationis, & loquelæ. Optimæ enim variolæ quibusdam stipantur e. g. convulsionibus, quæ neglecta periculosa fiunt. Hinc curatio morborum infantilium adeo difficilis est.

Ægri conditionem sanam seligere possumus. Epidemia enim Sanos æque ac Valetudinarios adgreditur, sic Dentientes, Fe-

bricitantes, Verminosos, Puerperas, Itinerantes auxilio destitutos. Jam nos hæc vitare aut emendare possumus.

Corpora parare, prædisponere valemus, & sic parata inoculare. Præparatio necessaria est, antea non Sano; necessaria, ratione abusus sex rerum non naturalium. Tota in eo consistit: ut vitium præsens, aut in quod corpus inclinat, auferatur, præcaueatur; Plethorico venam secabimus, Debili cardiaca nutrientia suggeremus; cruditates purgatione aut emesi ejiciemus; Vermiosis anthelmintica dabimus &c.

Commoda incerta, necdum per observationes demonstrata inoculationis sunt sequentia. Ajunt Inoculatores, insititias vasa tantum cutanea subire; naturales vero pulmones; ventriculum, sicque vitiari bilem, reliquos humores gastricos & respirationem. Naturales in ventriculo & organis respirationis malo eventu variolas producere: adfert hujus falsitatem jam demonstravimus. Insitionem vices fonticuli subire, multum virus variolosi eliminantis: sed in naturalibus idem vulnuscula parva, cutanea, artificialia, obtinebunt. In naturalibus virus magna copia plenis haustibus adplicari, in insititiis vero minima quantitate: sed constat, minimum vi-

rus, multas variolas producere posse. Sufficiant nobis commoda certa ad inculationis felicitatem demonstrandam.

Morbi Inoculatoribus vitandi erunt, omnes febriles ob periculosum consortium; dentitio, prima menstrua, graviditas, puerperium, &c. Morbi a variolis sanabiles, languores potius dicendi, sunt: conditio quædam serophulosa, quam febris variola, infarctum glandularum solvendo, curat; virus venereum hæreditarium movetur, per sudores, eliminatur, ut olim curæ Veterum diaphoreticæ. Rachitidem, sineas, achores, febris hæc emendat, Phthificos, Tussiculos non omnes; sed ab acri in pulmonibus decumbente, e. g. scabioso adfectos sanat.

Concludimus ex his: tempore epidemix infami instituendam inoculationem non esse, ob jacturam magni inoculationis commodi. Inde fors infortunia Inoculatorum repetenda sunt. Essentialem differentiam, inter naturales (si qua tales existunt) & insititias nullam esse, quia nullæ apud nos variolæ spontanæ absque contagio sunt: uti nulla lues syphylitica absque infectione. Ratiocinium Inoculatoris sequens esse debere: variolæ insititiæ commodis certis gaudent, vix unquam lethales sunt; si ergo tales fiant,



quia non semper sine discrimine inferuntur; idem periculum multo citius a naturalibus fuisset, in homine commodis inoculationis privato, hincque inevitabilis illi moriendi necessitas.

Praxes diversæ materiem variolosam ex alio desumptam sanguini alterius communicandi. Rustici antiqui Britanniae, & Afri crustas variolosas cuticulæ derasæ adfricarunt. Asiatici ad mare mediterraneum, fila sericea pure infecta, per epidermidem ope acus ducunt. Sinenses crustas naribus inponunt. Alii adposito prius exiguo vesicante, aut vulnuscule facta, pulverem crustæ inspergunt. Europæi initio vulneribus majoribus fila infecta inposuerunt; hodie ob validas inflammationes, subpurationes, ulcera diuturna, tumores subaxillarium glandularum inde natas, a vulneribus majoribus abstinent. Materies seligatur magis aquosa, ad resorptionem facilitandam, ex benignis inoculatis depromta, quia tutiora sequi præstat; quanquam & ex malignissimis desumptum virus sæpe bonas excitavit. Recens materia præ exsiccata præferenda est. Hanc apice lanceolæ exceptam in brachio, ubi alias fonticuli sunt, aut inter pollicem & indicem, intra epidermidem trudent, vertuntque, cavent tamen a vul-

vulnusculo sanguinem profundente, ne pauca hæc materies sanguine abluatur.

Symptomata.

Primis 24 horis nil morboſi adest.

Tertia die macula ex rubro flavescens diluta conspicitur.

Quarta. Pruritus in tota vicinia, rubedo parum intensior scabritie, vesiculæ minutulæ lympham continentes, microscopio perceptibiles, præsentiam variolarum communicatarum docentes.

Quinta. Eædem vesiculæ oculo nudo conspiciuntur, scabrities major, plaga major adfecta, quam variolam *genitricem* adpellant. Si quis variolas jam passus, aut immunitate singulari gaudeat; eo in casu plaga levissime rubet, instar morſus pulicis, vesiculæ nullæ sunt, & septima die nihil amplius adparet.

Sexta. Vesiculæ variolarum speciem referunt, elevatæ, acuminatæ, limbo rubro donatæ, ardentes, dolentes sunt. Difficultas movendi brachium, dolor ad glandulas subaxillares, præcursor febris variolosæ, ad sunt.

Septima. Lympha inspissatur; ambitus rubicundior, amplior, diffusior est.

Octava. Genitrix variola subpuratur, & molimina primæ febris variolosæ adsunt.

Prognosis. Quo maturiora signa communicationis, eo mitior morbus. Die quinta macula non rosea, sed profunde rubra, difficilem morbum designat. Quo ferior dolor subaxillaris, eo ferior febris, & morbi difficultas major. Decima vel undecima die eruptio fit, quoad reliquum inoculatæ eadem ratione decurrunt ac naturales.

Divisio morbi variolosi inoculati, in mere localem, brachii nempe variolæ genitricis, & universalem.

Regimen secundi, universalis.

Dieta non multum a Sanorum recedat ad initium febris usque. Carneæ tenerior non vertatur, sufficit a carne multa, victu duriori, aromatico, spirituosus, arcere. Sexta, septima die carnes subtrahantur. Sufficiunt tunc juscula, fructus horræi, olera. *Dieta lactea*, ad quam quidam Inoculatores omnes Ægros restringere volunt, non Omnibus convenit: multi lac non ferunt. Infantibus erit optima. *Remedia*, si alieni, complicati, nihil adsit, reducuntur ad aërem liberum frigidum, non tamen ad inmitem frigidam tempestatem; verum ad gratum

Ægri

Ægri sensum, huncque toto durante morbo, omnibus sub stadiis; ad corporis motum, moderatum tamen. Primus ob languorem difficulter fit, sed cito utilitatem hujus sentiunt, adsuescunt, adpetunt. Abstinentia a somno. Somnolentia est symptoma febris variolosæ; sed certi sumus, hac febrim intendi; arceatur ergo animi remissionibus, colloquiis, &c.

(*) Hæc dicta de regularibus; alia accedentia symptomata curantur uti in naturalibus.

V. FEBRIS MORBILLOSA.

Historia. Origo vix non eadem, ac variolarum est; in Hispania primo, dein per totam Europam sensim diffusa. Plerumque una vice eundem hominem adgrediuntur morbilli, vere regnant. Pueris consueti, Adultis rari; Senibus rarissimi sunt.

Divisio in regulares, anomalas, benignas, malignas.

Stadia tria habent:


Contagii; hujus symptomata sunt: horripilatio; calor subsequens; febris assidua; fitis; lingua peculiariter alba; tussis superveniens, adfectio pectoris catarrhalis, sternuta-

nutatio frequens ; fluxus per nares materiei corryzalis ; rubor oculorum , scintillatio ; feri aquosi fluxus. Morbus totus compositus videtur , ex ophthalmia serosa , pulmonum adfectione catarrhosa , angina serosa , & corryza ; adsunt præterea tumor faciei , erysipelatosus ferme , lumbago , cardialgia , subinde vomitus.

Eruptionis ; sexta die squammulæ , instar furfurum , secedunt. Nona totum quasi corpus furfuribus conspersum adparet. Si febris benigna , symptoma peripneumonicum cessat : si intensior , hoc augetur. Nona , in benignis , febris mitigatur.

Canones , differentiam a variolis , curam , & prognosin concernentes. Adfectio catarrhalis serosa , tumor faciei major , acre lacrymarum stillicidium , corryza , angina catarrhalis , febrim morbillosam ab omni alia exanthematica , præprimis a variolis , distinguunt. Usus aeris frigidiusculi morbillosa non admittit : proderit tamen in cubili extra lectum versari. Pulmonibus primarie inimica est ; tussis ejus primum & ultimum symptoma constituit. Facile transit in anginam inflammatoriam , immo membranaceam , in pleuritidem , peripneumoniam , tusses convulsi-

vulsiuās, hisve jungitur. Frequentius est inflammatoriæ indolis; hinc & frequentior methodus antiphlogistica adhibenda. Tempore desquamationis, tussis ac febris intenduntur, &, si aberant, redeunt, augentur; a perspirabili retento, cute quasi farina conspersa, tuncque maximum peripneumoniæ periculum est. Si tussis inveterascit, ulcera glandularum parotidum, efflorescentiæ variæ cutaneæ adsint; juvabit bardana, althæa, lac &c. Morbilli æstate biliosis, putridis, lentis junguntur; rarius tamen, quam inflammatoriis: morbus junctus semper prius curandus erit. Quo eruptio tardior, cæteris paribus; eo morbus mitior. Subitanea recessio cum delirio lethalis est; nisi vesicante suris applicato redeant. Livor pustularum, rubedo nimia, mala sunt. Vomitus eruptione facta persistens malus est, mala gravior superveniens angina. Phthisis frequens morbillorum neglectorum, aut male tractatorum sequela est. Reconvalescentes refrigerationem, & omnia pleuritidi faventia, caveant. Actu acida minus in morbillis conveniunt, quia fauces irritant, tussim excitant, præsentem exacerbant. Laudatur serum lactis dulce, vel quinque partes infusi sambuci &



una pars lactis, &c. Evanescentia consueta morbillorum ne habeatur pro retrocessione.

VI. FEBRES INTERMITTENTES

Quæ febrium cardinalium classes claudunt, quum nuper in *Dissertatione Clar. Doct. MARHERR* sat ample descriptæ fuerint, hic intactas præterire potero; Lectorem ad nunc dictam *Dissertationem* ablegans.



